

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Dekā

Julian

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Liber octavus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΕΥΑΓΓΟΥΣ

Θρησκείας, πρὸς τὰ τῶν ἐν ἀθέοις Ἰουλιανῶν.

ΛΟΓΟΣ ΟΓΔΟΟΣ.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ
ARCHIEPISCOPI,

PRO SANCTA CHRISTIANORVM RELIGIONE,
ADVERSUS LIBROS ATHEI IULIANI.

LIBER OCTAVVS.

ΑΙΡΕΤΑΙ μὲν τῷ σοφῷ καὶ ἁγίῳ τῆς ἀρρήτου δόξης ὁ πόλεμος, καὶ τοῖς ἐπέκεινα νῦν τὰ τῆς ἑαυτῶν συνέσεως ἐπαφίη βέλη, πλὴν ἔξω φέρεται πάντα σκοπῶ. ψευδοῦσιν γὰρ, καὶ ἀλαζονεύεται, καὶ τῆς θεοπνεύτου διαμνημονεύει γραφῆς, καὶ ὑποπλάττεται μὲν εἶδεναι τὰ ἐν αὐτῇ καταφωρεῖται γε μὴν συνεισὶ δὲν, καὶ τῶτο ἡμῖν αὐτῇ τῶν πραγμάτων ἐνδείξειεν ἢ βάσανον. Ἄρτι μὲν γὰρ τῶν διὰ πίστεως τῶν ἐν Χριστῷ συναγυγερμένων εἰς λαὸν ἁγίον, γεγονότας δὲ καὶ ἀγαθουργῶν λαμπρῶν καὶ ἀξιαγάσων ἐπιηδευμάτων ἐπισήμονας, μιαιφάνους καὶ βδελυρωτάτους, οἰκτρῶν καὶ κατερριμμένων, καὶ μηδενὸς ἀξίους, καὶ τί γὰρ ἐχὶ τῶν τοιούτων ὀνομάσας ἔχει. ὡς περ δὲ ἐν ἀποχρῶσαν ἡμῶν ποιησάμενος τὴν καλὰ ῥήσιν, καὶ καθ' ἑτέρας πει-

BELLVM quidem suscipit contra ineffabilem maiestatem vaser Iulianus, & in ea, quæ mentem exuperant ingenii sui, tela conicit; veruntamen a scopo aberrant omnia. Mendacia quippe dicit, & falso gloriatur, factaque diuinæ Scripturæ mentione fingit, explorata sibi esse quæ in illa continentur. Quancquam ignarus plane deprehenditur: idque rerum experimentum ipsum nobis probauerit. Modo enim eos, qui per fidem in populum sanctum congregati sunt, quique bona & præclara facinora ediderunt, & mirabilibus studiis claruerunt, scelestos, execrandos, miserabiles, abiectos, viles, & nullo non istiusmodi nomine nuncupat. Qua quidem in nos inuectiua non contentus, aliis quoque modis proba-

probare nititur, nos incertos vbinam simus animi, & ignaros, rectam veritatis viam non insistere, sed orbitam quodammodo prateruehi, & Mosaicum præceptum in totum negligere, & nos ab eo sanctisque Prophetis, qui post illum fuerunt, opinione discrepare. Rursum autem sic scribit:

IULIANVS.

Quoniam autem discrepare se aiunt a Iudæis huius temporis, seque vere Israelitas esse, iuxta Prophetas suos, & Moysi maxime credere, ac Prophetis quotquot ei in Iudæa successerunt; videamus qua in re maxime cum illis consentiant. Incipiendum porro nobis est a scriptis Moysi, qui & ipse, vt aiunt, futuram Iesu prædixit natiuitatem. Moses itaque ille, non semel, neque bis, neque ter, sed multoties, vnum Deum duntaxat colere iubet, quem sane supremum quoque nominat, Deum autem alium nusquam, sed Angelos nominat, & Dominos, atque etiam plures Deos. Eximum autem illum primum, sed alium non existimauit secundum, nec similem, nec inæqualem, quemadmodum vos fecistis. Quod si apud vos vnum est de his Moysi vocabulum, æquum est vt illud proferatis.

Deut. 18. Nam istud: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me: ipsum audietis;* vtique de filio Mariæ dictum non est. Sin autem vestri gratia quis concesserit, ait ipsum sibi similem fore, ac non Deo: prophetam sicut seipsum, & ex hominibus, sed non ex Deo. Et illud: *Non deficiet princeps ex Iuda, & Dux de femoribus eius;* sane de hoc dictum non est, sed de regno Dauidis, quod in Sedecia Rege videtur vtique defuisse. Et certe Scriptura bifariam legitur: *Donec veniant que reposita sunt ei:* Vos autem sic interuertistis: *Donec veniat cui repositum est.* Quod autem horum nihil in Iesum quadret, manifestum est. Neque enim est ex Iuda. (quomodo enim ille, vt vos vultis, non ex Ioseph, sed ex Spiritu sancto natus sit?) Nam Iosephi genus quum recensetis, ad Iudam refertis, neque tamen hoc satis scite interpolare potuistis. Arguuntur enim Matthæus & Lucas de eius genealogia inuicem discrepare.

Gen. 49. Et illud: *Non deficiet princeps ex Iuda, & Dux de femoribus eius;* sane de hoc dictum non est, sed de regno Dauidis, quod in Sedecia Rege videtur vtique defuisse. Et certe Scriptura bifariam legitur: *Donec veniant que reposita sunt ei:* Vos autem sic interuertistis: *Donec veniat cui repositum est.* Quod autem horum nihil in Iesum quadret, manifestum est. Neque enim est ex Iuda. (quomodo enim ille, vt vos vultis, non ex Ioseph, sed ex Spiritu sancto natus sit?) Nam Iosephi genus quum recensetis, ad Iudam refertis, neque tamen hoc satis scite interpolare potuistis. Arguuntur enim Matthæus & Lucas de eius genealogia inuicem discrepare.

Ἀρᾶται τρόπος πληροφορεῖν, ὡς εἰδὲ ὅποι ποτὲ Φρενῶν ἐσμὲν ἐγνωκότας, ἔτε μὴν εἰδότας, τὴν ἐνθὺ τῆς ἀληθείας ἰεναί τρεῖδον, ἀποσκιρτήσαι ὅ ὡσπερ ἀμαξίτῃ, καὶ ἀφειδήσαι μὲν, καὶ τῆτο εἰσ-ἀπαν, τῆς διὰ Μωσέως ἐντολῆς, διαφόρος δὲ εἶναι καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ἀγίοις προφήταις. Γράφει δὲ πάλιν ὡδὲ

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἐπειδὴ δὲ πρὸς μὲν τῆς νυνὶ Ἰουδαίους δια-
B Φέρεσθαι φασίν, εἶναι δὲ ἀκριβῶς Ἰσραηλίτας, καὶ τῆς Προφήτας αὐτῶν, καὶ τῶ Μωσῆ μάλι-
 σα πείθεσθαι, καὶ τοῖς ἀπ' ἐκείνων περὶ τὴν Ἰου-
 δαίαν ἐπιγενομένοις Προφήταις, ἴδωμεν καὶ τί
 μάλισα αὐτοῖς ὁμολογῶσιν. ἀρκτέον δὲ ἡμῶν
 ἀπὸ τῶν Μωσέως, ὃν δὴ καὶ αὐτὸν φασὶ προκη-
 ρύξαι τὴν ἐσομένην Ἰησοῦ γέννησιν. Ὁ τοίνυν Μω-
 σῆς ἔχ' ἅπαξ, εἰδὲ δὲς, εἰδὲ τρεῖς, ἀλλὰ
 πλεισάνικς ἓνα Θεὸν μόνον ἀξιοῖ τιμᾶν, ὃν δὴ καὶ
 ἐπὶ πᾶσιν ὀνομάζει, Θεὸν δὲ ἕτερον εἰδὲ μὲν,
C ἀγγέλου δὲ ὀνομάζει, καὶ κυρίου, καὶ μὲν τοι καὶ
 Θεὸς πλείονας. ἐξαιρέτον ὅ τὸν πρῶτον, ἄλλον
 δὲ ἔχ' ὑπείληφε δεύτερον, ἔτε ὁμοιον, ἔτε
 ἀνόμοιον, καθάπερ ὑμεῖς ἀπεξείργασθε. εἰ δὲ
 ἔσι πᾶ παρ' ὑμῶν ὑπὲρ τῶτων μία Μωσέως
 ρῆσις, ταύτην ἐσὲ δίκαιοι προφέρειν. Τὸ ᾧ, προ-
 φῆτην ὑμῶν ἀναστήσει κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐκ
 τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ' αὐτῷ ἀκῆσεσθε
 μάλισα μὲν ἐν ἐκείνην περὶ τῆς γεννηθῆναι
 ἐκ Μαρίας. εἰ δὲ τις ὑμῶν ἐνεκα συγχωρήσειεν,
D εἰ αὐτῷ φησὶν αὐτὸν ὁμοιον γενήσεσθαι, καὶ εἰ τῶ
 Θεῷ προφῆτην ὡσπερ εἰ αὐτὸν, καὶ ἐξ ἀνθρώ-
 πων, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ. καὶ τὸ, ἐκ ἐκλείψει
 ἀρχῶν ἐξ Ἰούδα, εἰδὲ ἡγῆμεν ἐκ τῶν μη-
 ρῶν αὐτῷ, μάλισα μὲν ἐκ ἐκείνην περὶ τῆς
 ἀλλὰ περὶ τῆς τῆς Δαβὶδ βασιλείας, ἡ δὴ κα-
 ταλήξαι φαίνεται εἰς Σεδεκίαν βασιλέα. καὶ
 δὴ ἡ γραφὴ διπλῶς πῶς ἔχει ἕως ἔλθῃ τὰ ἀ-
 ποκείμενα αὐτῷ. παραπεποιήκατε δὲ ὁμοίως
 ὑμεῖς ἕως ἔλθῃ ᾧ ἀποκείλαι. ὅτι δὲ τῶτων εἰ-
E δὲν τῶ Ἰησοῦ προσήκει, πρόδηλον. εἰδὲ γὰρ
 ἔσι ἐξ Ἰούδα, (πῶς ᾧ ὁ καθ' ὑμᾶς ἐκ ἐξ
 Ἰωσήφ, ἀλλ' ἐξ ἀγίας Πνεύματος γεγονώς;)
 τὸν Ἰωσήφ ᾧ γενεαλογῶντες εἰς τὸν Ἰούδαν ἀ-
 ναφέρετε, καὶ εἰδὲ τῆτο ἐδυνήθητε πλάσαι
 καλῶς. Ἐλέγχονται ᾧ Ματθαῖος καὶ Δεκῆς
 περὶ τῆς γενεαλογίας αὐτῷ διαφωρῶντες πρὸς
 ἀλλήλους.

Ὅτι μὲν τοίνυν Ἰσραηλίται καὶ ἀλήθειαν ἡ-
 μείς, οἱ διὰ πίσεως τῆς ἐν Χριστῷ δεδικαλωμένοι,
 νομομαθῆς ὡν ὁ Παῦλος ἀποφανεῖ γεγραφώς·
 ἔστι πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἔστι Ἰσραὴλ· ἔδδ
 ἔστι, ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα·
 ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας, ταῦτα λογίζε-
 ται εἰς σπέρμα. ἐσμὲν ἡμεῖς κατ' ἐπαγγελίαν
 υἱοὶ τῆ προπάτορος Ἀβραάμ, ἅτε δὴ καλακο-
 λασθήσαντες τοῖς ἴχνεσι τῆς πίσεως αὐτοῦ. ὅτε
 τοίνυν τῆς ἐπαγγελίας τὰ τέκνα ταυτί δὴ καὶ μό-
 να καλαλογισθεῖεν ἂν εἰς σπέρμα τῆ Ἀβραάμ,
 ἄραρεν ὅτι πρέποι ἂν καὶ ἀναμφιβόλως Ἰσραη-
 λίτας ἡμᾶς καὶ ἀλήθειαν εἶναι τε καὶ ὀνομάζεσθαι.
 Ὅτι δὲ τοῖς Μωσέως περὶ Θεοῦ δόγμασιν καὶ τοῖς
 τῶν ἀγίων Προφητῶν συμφέρεται τὰ Χριστιανῶν,
 ἀταλαίπωρον κομιδῇ τοῖς ἐθέλουσιν ἰδεῖν.
 ἀρνούμεθα ἢ ἐκείθεν, καθάπερ ἀπὸ πηγῶν, τὴν
 εἰς πᾶν ἡτίων τῶν ἀρίτων ἡμᾶς ἀποκομίζου-
 σαν γνῶσιν. τῆ τοίνυν καὶ αὐτὸς ἡμῶν ὁ τῶν ὅλων
 Θεὸς καθυπισχνεῖτο, λέγων διὰ Φωνῆς Ἡσαΐα·
 ἀνλήσειε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πη-
 γῶν τῶ σωτηρίας. ὕδατι ἢ ζωοποιῶ τὸν ἱερόν τε
 καὶ θεῖον ἀφομοιοῖ λόγον, ὃν αἱ τῆ σωτηρίας βρύου-
 σι πηγῶν, τῆτ' ἐστὶ Μωσῆς, καὶ οἱ Προφῆται,
 Ἀπόστολοι τε, καὶ Ευαγγελισταί. ἔκδεν ἔτε τοῖς
 Μωσέως δόγμασιν, ἔτε τοῖς τῶν ἀγίων Προ-
 φητῶν ἀνεληνεγμένους πώποτε καλῶδοι τις ἂν
 ἡμᾶς. καθηγήτας ἢ αὐτὸς πεποιήμεθα τῶν εἰς
 εὐσέβειαν μαθημάτων, δογματικῆς τε ὁμοῦ καὶ ἡ-
 θικῆς ἐπιστήμης. Ἐνα δὲ ὅτι τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς
 ὄντα Θεόν, ὁρατῶν τε καὶ ἀορατῶν δημιουργόν
 καὶ κύριον, διωμολόγηκε μὲν ὁ Μωσῆς, πεφα-
 νέρωκε ἢ καὶ ἡμῶν, καλαρνήσατο ἂν ἔδειξαι. εἰς-
 κενώμηνε ἢ αὐτὸν λέγοντα σαφῶς· ἔκ ἐσον-
 τά σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. καὶ πάλιν ἔποίη-
 σεις σεαυτῷ εἰδῶλον, ἔδδ παντὸς ὁμοίωμα,
 ὅσα ἐν τῷ ἔρανῳ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῆ κατω,
 καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασι ὑποκάτω τῆς γῆς. καὶ μὴν
 καὶ διὰ Φωνῆς τῶν Προφητῶν ἔτω Φησὶν ἐρεῖτε
 αὐτοῖς, θεοὶ οἱ τὸν ἔρανόν καὶ τὴν γῆν ἔκ ἐποίη-
 σαν, ἀπολέστωσαν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὑποκά-
 τωθεν τῆ ἔρανῳ τῆτ' καὶ προσέτι τῆτ' καὶ
 Θεὸν πλὴν ἐμοῦ ἔκ γνῶσιν, καὶ σώζων ἔκ ἐστὶ
 πάρεξ ἐμοῦ. ψάλλει δὲ π' καὶ ὁ θεσπέσιος Δα-
 βὶδ', ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαμόνια, ὁ δὲ
 κύριος τῆς ἔρανῳ ἐποίησεν. Ἐπόμενοι τοίνυν καὶ
 ἡμεῖς διὰ Μωσέως εὐ μάλα θεοσπισμένοι, καὶ προφητικοῖς κηρύγμασιν, ἔνα μὲν τὸν φύσει καὶ

Itaque revera Israelitas nos esse, qui
 per fidem in Christo iustificati sumus,
 Paulus in Lege apprime eruditus osten-
 det his verbis: *Non enim omnes qui ex Rom. 9.*
Israel, ii sunt Israelita: neque quia semen
sunt Abrahæ, omnes filii; sed qui filii sunt
promissionis, hi estimantur in semine. Su-
 mus autem nos secundum promissio-
 nem filii patriarchæ Abrahæ, utpote
 qui sequimur vestigia fidei illius. Quum
 ergo filii promissionis soli computen-
 tur in semen Abrahæ, utique consen-
 taneum est ac indubitatum, nos reipsa
 Israelitas esse ac dici. Quod autem
 Moyfis & sanctorum Prophetarum pla-
 citis de Deo Christianorum dogmata
 consentiant, nullo negotio quivis per-
 spiciet. Inde enim, velut e fontibus,
 cognitionem quæ nos ad optima quæ-
 que perducit, haurimus. Hoc videli-
 cet nobis uniuersi Deus pollicitus est
 per vocem Esaia dicens: *Haurietis* *Esaï. 12.*

aquam cum gaudio de fontibus saluatoris.
 Aquæ enim viuificæ sacrum diuinum-
 que sermonem comparat, quem Salu-
 tis fontes effundunt, hoc est, Moses,
 Prophetæ, Apostoli, & Euangelistæ.
 Quapropter nemo nos Mosi aut san-
 ctorum Apostolorum placitis aduersari
 unquam viderit. Hos enim magistros
 pietatis dogmatumque iuxta ac morum
 assumimus. At Mosen professum fuisse,
 unum natura & vere Deum existe-
 re, visibillum & inuisibillum opificem
 ac dominum, eumque nobis palam fecisse,
 nemo sane inficias ibit. Induxit
 enim illum clare dicentem: *Non erunt*
tibi Dii alii præter me. Et rursum: *Exod. 10.*

Non facies tibi ipsi idolum, nec cuiusquam
similitudinem eorum, quacunque sunt in
caelo sursum, & in terra deorsum, & que-
cunque sunt in aquis subtus terram.
 Quinetiam voce prophetarum sic in-
 quit: *Dicetis ipsis: Dii, qui caelum & ter-* *Hier. 10.*

ram non fecerunt, pereant de terra, &
desubter caelo isto. Ad hæc: *Et Deum* *Hose. 13.*
præter me nescias; &: Saluans non est præ-
ter me. Canit autem etiam David
 alicubi: *Omnes dii gentium demonia,* *Psal. 95.*
Dominus autem celos fecit. Nos igitur
 Mosi oracula, & Prophetarum
 prædictiones sequuti, unum

quidem natura ac vere confitemur esse Deum. Scimus autem præterea, & indubitanter credimus, omnes illos deos gentium esse dæmonia. Vbinam ergo a sanctis dissentimus? aut quomodo illorum opinionibus aduersamur, quasi diuersa sentiamus aut loquamur? Prodeat, ostendat, nec inania verba vehemens ille aduersarius & accusator veritatis in nos effundat. Cæterum permirum mihi visum est, quod quum affirmet non semel, sed multoties, optimum Mosen confiteri vnum Deum esse, & alium præter ipsum plane nullum; tamen non vereatur dicere, Angelos ab illo Dominos, adeoque plures Deos nominari, sed primum illum præ aliis eximium; verum quod aliis præcellat, non sufficiet ad hoc, vt alii tolerantur. Sin autem solus sit & dicatur ipse secundum naturam Deus, tum certe nullus erit cum ipso reuera Deus. Quid ergo Mosis verba corrumpit, quum aperte dicat: *Audi Israel, Dominus Deus tuus Dominus vnus est.* Non enim præcipuum inter cæteros vnum & supra omnes Deum intelligere volebat aut dicere; sed incomparabili eminentiæ genere potius sublimem spiritualiter, & vltra id omne, quod mente comprehenditur, & ex se ortum, & solum ingentum esse nouerat. Iam, quomodo aut vnde potest esse dubium, quod quum vnus & solus sit Deus ac Dominus, licet quidam dicantur dii ac domini, nudo tamen nomine tenus duntaxat id honoris acceperunt, quum alterius sint ab ipso natura, inferioris nimirum, & quæ aliquando non erat, sed ab ipso producta est in ortum? Et sane eandem quoque nobis appellationem tribuens vniuersi Deus: *Ego, inquit, dixi Diis estis, & filii excelsi omnes.* Num igitur qui eum honorem ac decus ab eius bonitate fortiti sumus, vt dii nuncupemur, nostræ naturæ modum ignorabimus? Minime vero. Sapientes enim vt simus, nihil non penſi & curæ nobis est. Quod autem Moseſ, tametsi Deum vnū dicit, Patrē nimirum, vtique confiteatur vna cum ipſo, illum ex ipſo, & in ipſo, & propriū eius Deum Verbū, semper coexistentem, & extra omnem temporis mensuram simul subsistentem, & coadorandum Filium, adeoque Spiritum sanctum, paulo post iterum demonstrabimus; tametsi de his ipsis cum illo iam prolixius egimus. Non enim, vt ait ipse, innouando quidquam affinximus, aut scriptis Mosaicis temere

Α ἀληθῶς ὁμολογῶμεν εἶναι Θεόν. ἴσμεν δὲ πρὸς τῶν θεῶν, καὶ ἀνευδοκίᾳς πεπιθεύσαμεν, ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαίμονια. πῶς τοιγαρῶν ἐσμὲν τοῖς ἀγίοις διάφοροι; ἢ πῶς ταῖς ἐκείνων ἀντανισάμεθα δόξαις, ὡς ἕτερα ἅτλα φρονῶντες, ἢ λέγοντες; ἠκέτω, δεικνύτω μὴ γὰρ δὴ κενὸς ἡμῶν καλαχείτο λόγος ὁ δεινὸς ἐνσάτης καὶ τῆς ἀληθείας κατήγορος. Καταλέθηπα δὲ ὅτι καίτοι διίχουριζόμενος ἔχ' ἅπαρ, ἀλλὰ πλεισθικίς, ἓνα Θεὸν εἶναι καὶ μὴν καὶ ὁμολογεῖν τὸν πανάρισον Μωσέα, καὶ ἕτερον ἐπ' αὐτῷ πάντελας ἔδνα, κυρίως αὐτὸν ἀγγέλλας εἰπεῖν, καὶ μὴν καὶ θεὸς πλειοναῖς, ἔκ οἷδ' ὅπως ἀπολομα, ἐξαίρετον ὃ παρὰ τῆς ἄλλης τὸν πρῶτον, ἀλλ' ἔτὸ πρῶτον ἐτέρων ἀποχρήσει μόνον εἰς τὸ ἀνελεῖν αὐτῶν εἰ δὲ δὴ μόνος εἴη καὶ λέγοιτο καὶ φύσιν αὐτὸς, τότε καὶ ἔδειξεν ἓνα σὺν αὐτῷ Θεὸς ἀληθῶς. ἀνθ' ὅτι δὴ ἐν παραφθείρει τὰ Μωσέως, καίτοι λέγοντος ἐναργῶς ἄνεκε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστίν. ἔγ' ἔξαιρετον παρ' ἐτέρων τὸν ἓνα καὶ ἐπὶ πάντας Θεὸν ἠξίως φρονεῖν ἢ λέγειν, ἀσυγκρίτοις ὃ μᾶλλον ὑπεροχῆς ἠρμένον ὑψῆ νοητῶς, καὶ πέρα πάντος νοητῶ, καὶ ἀλοφουᾶ, καὶ ἀγέννητον μόνον ὄντα ἠπίσαστο. εἶτα πῶς ἢ πόθεν ἐνδοιασὸν, ὡς ἐνὸς ὄντος καὶ μόνου κυρίου καὶ Θεοῦ, καὶ εἰ λέγοιτο τινες θεοὶ καὶ κύριοι, γυμνῆ τετίμηται κλήσει, φύσεως ὄντες παρ' αὐτὸν ἐτέρας, ὑφειμένης δηλονότι, καὶ ποτὲ μὲν ἔκ ἔσης, κεινημένης ὃ παρ' αὐτῶ πρὸς ὑπαρξιν; καὶ γὰρ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τὸ χρεῖμα δωρεῖται ὁ τ' ὅλων Θεός ἐγώ, φησιν, εἶπα, θεοὶ ἐσε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. Ἄρ' ἐν οἱ τετίμηται καὶ γέρας ἔχοντες ἡμερότητος τὸ διακεκλήθη θεοὶ, τ' ἐαυτῶν φύσεως τὸ μέτρον ἀγνοήσομεν; ἠκιστὰ γε. πεποιήμεθα γὰρ ἐν σπῆδῷ καὶ λόγῳ τὸ εἶναι σοφοί. ὅτι ὃ καὶ εἰ Θεὸν ἓνα λέγοι Μωσῆς, τὸν Πατέρα δηλονότι, συνομολογεῖ πᾶσιν αὐτῶ τὸν ἐξ αὐτῶ τε, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἴδιον αὐτῶ Θεὸν λόγον, αἰεὶ συνυπάρχοντα, καὶ ἀχρόνως συνυφειμένητα, καὶ συμπροσκυνῶμενον ὕιον, καὶ μὴν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, προῖσσης ἔτι βραχὺ τ' περὶ τῶν διαλέξεως, καὶ εἰσαυθίς διαδείξομεν, καίτοι μακρῶς πρὸς αὐτὸν περὶ γε τῶν αὐτῶν κατὰλείναντες λόγους. Οὐ γάρτοι, καθά φησιν αὐτὸς, καμνολομῶντες τι προσεργάσμεθα, καὶ τοῖς διὰ τῶ πανσόφου Μωσέως προσεθείναμεν λόγοις τὸ ἀδασανίσως δοῦν, κανόνα δὲ μᾶλλον

Deut. 6.

Psal. 82.

ἡσαυθμὴν τὰ αὐτῶν πεποιήμεθα. Ἐπειδὴ ἡ τὴν Χρι-
 στῶν γενέσει πολυπραγμονεῖ, καὶ τὸν τῶν πανσόφου
 Μωσέως περιεργάζεται νόμον· ἔτι δὴ φάναι τι
 περὶ τῶν αὐτῶν, ἔτι οἶδ' ὅπως διατείνεται
 μανθανέτω πρὸς ἡμῶν, ὅτι τὸ Μωσέως γρα-
 ματείας ὁ σκοπὸς εἰς τὸ αὐτῶν βλέπει μυστήριον,
 καὶ γραφείαι παρ' αὐτῶν πλεῖστα Χριστός. καὶ
 τῶν εἰδῶν ὁ θεσπέσιος ἔφη Παῦλος τέλος τῶν
 νόμων καὶ προφητῶν ὁ Χριστός. Ἀξιοχρεῶς δὲ
 γένοιτ' ἂν περὶ γε τῶν αὐτῶν, τοῖς Ἰουδαίων
 δήμοις ἐπιφωνῶν αὐτός· εἰ ἐπιστεύετε Μωσῆ,
 ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγρα-
 ψε. Φέρε δὴ ἔν, καί τοι πλεῖστα ὅσα καὶ ἀληθῆ
 μαρτύρια παρακομίζειν ἔξον, καὶ τῶν ἀκουητῶν,
 τῶν ἄλλων ἀφέμενοι τοῖς παρ' αὐτῶν παρενηγε-
 μένοις ἐπαφῶμεν τὴν βάσανον, ἕτω τε καὶ τῶν
 ψευδομυθῶν δεικνύμεν. ἔφη τοίνυν ὁ
 ἱεροφάνης Μωσῆς τοῖς ἐξ αἰμαῖος Ἰσραήλ·
 προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου ὡς ἐμὲ ἀνα-
 στήσει κύριος ὁ θεός σου· αὐτῶν ἀκούσασθε. καὶ πάν-
 τα ὅσα ἠτήσω παρὰ κυρίου τῶν θεῶν σου ἐν Χω-
 ρῆβ, τῆ ἡμέρα τῆ ἐκκλησίας λέγοντες· ἔτι προσ-
 θήσομεν ἀκούσαι τὴν φωνὴν τῶν θεῶν ἡμῶν, καὶ
 πῦρ τὸ μέγα τῶν ὀψόμεθα ἔτι, ἔτι δὲ μὴ ἀ-
 ποθανώμεν. καὶ εἶπε κύριος πρὸς με· ὁρῶν,
 πάντα ὅσα ἐλάλησαν προφήτην ἀναστήσω
 αὐτοῖς ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, ὡς περὶ σὲ καὶ δώσω
 τὸ ῥῆμά μου ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ λαλήσει αὐ-
 τοῖς καὶ ὅτι ἂν ἐνείλωμαι αὐτῶν καὶ ἀνθρώπος,
 ὅς ἂν μὴ ἀκούσῃ ὅσα ἂν λαλήσῃ ὁ προφήτης
 ἐπὶ τῷ ὀνόματι μου, ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτῶν.
 Ἄθρει δὴ ἔν ὅπως ἐπὶ κατὰ τὸ Χριστῶν μυσ-
 τήριον εὖ μάλα κατεσημαίνετο. καθίελο μὲν γὰρ
 ὁ τῶν ὄλων θεὸς ἐν εἶδει πυρὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σι-
 ναῖ, καὶ φωνῆ τῆς σάλπιγγος ἤχη μέγα, καὶ τὸ γε-
 γραμμένον· ἀλλ' ἦν ἀπρόσβλητος τοῖς ὀρώσιν
 ἡ θεὰ, καὶ δύσοιτος ἀγαν ἡ τῶν σαλπίνγων ἡ χή-
 ταύτηλοι καὶ ἔφασκον ἀφορήτω δέει κεκρατημέ-
 νοι· τὸ πῦρ τὸ μέγα τῶν ὀψόμεθα ἔτι, καὶ ἔτι
 ἀκούσόμεθα τῆ φωνῆς κυρίου τῶν θεῶν ἡμῶν. ὡν-
 το μὲν γὰρ ἐξ ἑλληνικῆς ὄντες ἀβελτηρίας, πῦρ
 εἶναι τὸ ἀσθητὸν καὶ ὀρώμενον πρὸς ἡμῶν τὸν τῶν
 ὄλων θεόν, καὶ φωνῆς ἀκούσαι τῆς ἀπ' αὐτῶν. ὅτι
 δὲ δύσνοιτες ὄντες καὶ παχεῖς ἠγνοήμασι τὰ ληθῆς,
 ὀψὲ καὶ μόλις ἐμάνθανον, Χριστῶν λέγοντες αὐ-
 τοῖς περὶ τῶν θεῶν καὶ Πατρὸς ἕτε φωνὴν αὐτῶν
 πῶποτε ἀκηκόαστε, ἕτε εἶδον αὐτῶν ἐώρακατε.
 Οὐκ ἔν ἐπειδήπερ ἀπρόσιτος ἦν τοῖς τὸ τῆνι-

A nobis & amissim proposuimus. Quum
 autem Christi natiuitatem inquirat, &
 in lege Mosis sapientissimi frustra se
 torqueat, (de his enim nulla verba fe-
 cisse ipsum nescio quomodo contendit)
 discat a nobis, doctrinæ Mosaicæ scopum
 ad Christi mysterium pertinere, Chri-
 stumque apud eum multoties describi.
 Quod quum nosset diuinus Paulus, di-
 cebat: *Finis enim legis & Prophetarum,* Rom. 10.
Christus. Locuples autem harumce
 rerum ipse testis erit, Iudæos ita com-
 pellans: *Si crederetis, inquit, Mosis,* Ioan. 5.
crederetis mihi: de me enim ille scripsit.
 Agedum ergo, quamuis nullo negotio
 quam plurima testimonia eaque vera
 proferre liceat, nos aliis prætermis-
 sis, quæ ab ipso allata fuerunt perpenda-
 mus, atque ita vel in hoc mendacii il-
 lum arguamus. Dixit Moses ille sacro-
 rum interpres Israelitis: *Prophetam ex* Deuter. 18.
fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi
Dominus Deus tuus: ipsum audietis. Se-
cundum omnia que petisti a Domino Deo
tuo in Choreb, in die conuocationis, dicen-
tes: Non adiciemus audire vocem Dei
nostri, & ignem hunc magnum non aspi-
ciemus ultra, neque moriamur. Et ait
Dominus ad me: Recte omnia que loqui-
ti sunt. Prophetam suscitabo eis ex fra-
tribus eorum, sicut te: & dabo verbum
meum in ore eius: & loquetur eis, secun-
dum quod mandauero ei. Et homo, qui
non audierit, quæcunque loquutus fuerit
propheta ille in nomine meo, ego vindi-
ctam sumam de eo. Vide sis ergo ut
 opportune admodum illud Christi my-
 sterium significatum sit. Descendit e-
 nim ille vniuersi Deus in specie ignis
 super montem Sina, & vox tubæ reso-
 nabat valde, sicut scriptum est: sed spe-
 ctaculum illud cerni non poterat, & tu-
 barum sonus erat prorsus intolerabilis.
 Proindeque dicebant vehementi formi-
 dine capti: *Ignem hunc magnum non* Deut. 18.
videbimus ultra, & non audiemus vocem
Domini Dei nostri. Putabant enim, quum
 a Gentilium deliriis recentes essent,
 Deum vniuersi ignem esse sensibilem
 & conspicabilem, seque vocem ab eo
 prolata audiisse. Se autem præ ve-
 cordia & ingenii tarditate veritatem
 ignorasse, fero ac vix tandem didicerunt,
 Christo iis dicente de Deo & Patre:
Neque vocem eius vnquam audistis, Ioan. 5.
neque speciem eius vidistis. Quum igitur

spectaculum eorum, quæ ad Dei gloriam figurata erant, ferre non possent qui tum temporis instituebantur homines, tandem necessario incarnationis Unigeniti modus prædictus est. Nec enim aliter versari cum hominibus poterat, quum secundum naturam ipse Deus sit, quam si homo secundum nos factus appareret, simulque maneret Deus; quippe quum diuina & suprema natura stabilitate & immutabilitate gloriatur. Nominatus porro est Propheta, licet prophetarum sit dominus. Nam quum ad inanitatem se demisisset, humanitatis conditione suscepta, utique decebat quæ humanitatis sunt non despicere. Ipsa vero prophetia humanitatis conditioni valde congruit, sed & summum in rebus humanis dignitatis locum tenere putatur. At enim, inquit, clare istud dictum non est de eo, qui ex Maria prognatus est. Sin autem vestri gratia quis concesserit, sibi ait ipsum similem fore, & non Deo, prophetam sicut seipsum, ex hominibus, sed non ex Deo. Igitur Deum, & ex Deo secundum naturam esse Filium, non multo post docebimus. Quoniam autem contendit hæc de eo, qui ex Maria prognatus est, scripta non esse, alium nobis ostendat fuisse secundum Mosem, non autem ex ingenio suo ac sensu: veri enim profusus est ignarus. Existimat quippe prophetam sicuti Mosem, & hominem, nihilque certe præter hoc ipsum aliud fore eum, quem sacra litera excitatum iri prædixerunt. Sed aberrat a vero. Subiciet enim statim aliquis: Quum plurimi post Mosem propheta fuerint & homines, sicut ipse faretur, de quonam tandem hæc dicit? Ergo necesse est plane illud, sicut me, plurimis modis a nobis intelligi. Et quidem Mosis ministerium cum Seruatoris dispensatione, quoad eius est, comparâtes, agedum, vim prophetiæ, quæ de ipso est, nitamur explicare. Nimirum graui seruitute oppressos Israelitas Moses liberauit, & per medium mare traduxit, suffocatis in eo qui quondam impotenter dominati fuerant: aluit in solitudine, manna cælitus demisso: Deo commendauit, medius ac sequester Dei & hominum, ac Legis administrator, eosque ad omnem honestatem sapienter composuit. Hinc velut ex typo & umbra ad ipsum veritatis decus tandem veniendum est. Tyrannidem in nos exercuit Satanus, & peccati iugo genus hominum illigauit.

Ανάδε παιδαγωγούμενοι τῶν εἰς δόξαν Θεῶ διαπεπλασμένων ἢ θεῶ, λοιπὸν ἀναγκαίως ὁ ἔνανθρωπήσεως τῆ μονογενῆ προανεφανέτο τρόπος. ἔ ᾤ ἦν ἑτέρως συνδιαίταται δύναδι τοῖς ἐπὶ γῆς, Θεὸν ὄντα καὶ φύσιν αὐτὸν, εἰ μὴ γέγονεν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς πεφηνώς, μὴ τῆ μείναι Θεός· ἀρχεῖ ᾤ αἰεὶ τὸ βεβηκός τε καὶ ἀτρέπτον, ἢ θεῶ τε καὶ ὑπερίατη, καὶ πάντων ἐπέκνωσα φύσις. ὠνόμασα ἡ Προφήτης, καὶ τὰς προφητῶν ὑπάρχων δεσπότης. ἔδει ᾤ ἔδει καθιγμένον εἰς κένωσιν, καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ὑποδύλα μέτρον, μὴ ἀπέληλα ποιῆσαι τὰ ἀνθρώπινα· εἰκός δὲ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις σφόδρα ἡ προφητείας τὸ χρεῖμα, λελόγισαι δὲ καὶ ἐν τάξει τῶν ἀνωτάτω γεγῶν. ἀλλ' ἔκ εἰρήλαι, φησὶν, ἐναργῶς περὶ τῆ γεννηθέντος ἐν Μαρίας. εἰ δὲ τις ὑμῶν ἕνεκα συλχωρήσειεν, ἑαυτῷ φησὶν αὐτὸν ὁμοιον γενέσθαι, καὶ ἔ τῷ Θεῷ, προφήτην ὡσπερ ἑαυτὸν, ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἔκ ἐκ Θεῶ. ὅτι μὲν ἔν Θεός τε καὶ ἐκ Θεῶ καὶ φύσιν ἐσὶν ὁ υἱός, ἐρῶμεν ἔκ εἰς μακρὰν. Ἐπειδὴ ἡ φησὶν ἔ περὶ τῆ γεννηθέντος ἐν Μαρίας γεγραῖθαι ταυτί, ἕτερον ἡμῶν καθαικινύτω γεγονότα καὶ Μωσέα, καὶ ἔ καθ' ἑς αὐτὸς ἀν ἑλοῖτο τρόπος. ἡ γνόνηκε ᾤ εἰσάπαν τὸ ἀληθές. οἰεῖται μὲν ᾤ καὶ Μωσέα προφήτην καὶ ἀνθρώπον, αὐτὸ δὲ τρεῖς καὶ μόνον, ἐγερεθήσεσθαι τὸν προηγγελμένον. διημάρτηκε δὲ τὰ ἀληθές. φάη ᾤ ἀντις πρὸς τῆτο εὐθύς· καὶ τοι πλείσοι γεγόνασι προφῆται μὴ Μωσέα καὶ ἀνθρώποι, κατ' αὐτὸν περὶ τίνος ἔν ἄρα τὰ τοιαῦτα φησὶν; ἔκ ἔν πᾶσά πως ἀνάκη τὸ, ὡς ἐμὲ, καὶ πλείσους πρὸς ἡμῶν νοεῖσθαι τρόπος. καὶ δὴ τὴν Μωσέως διακονίαν ἀντιπαραθέντες, ὡς ἐνι, τῆ τῆ σωτήρος οἰκονομία, τῆς ἐπ' αὐτῷ προφητείας τὴν δύναμιν, φέρε δὴ φέρε, διαλερανῶν σπυδάσωμεν. Οὐκ ἔν ἀφορήτω δαλεία καθηχθισμένους τῆς ἐξ ἀμαρῆ Ἰσραὴλ ἀπήλαττεν ὁ Μωσῆς, διεβίβασε ἡ δια θαλάσσης μέσης, καθαιπεπνιγμένων ἐν αὐτῷ τ' πάλαι κερραληκότων ἔθρεψεν ἐν ἐρήμῳ, καθιεμένους τῆ μάννα· παρέστησε τῷ Θεῷ, μεσίτης γέγονεν αὐτῶ καὶ ἀνθρώπων, καὶ νόμος διάκονος ἦν, πρὸς ἕκαστα τῶν πρακτέων εὐ μάλα καθαρυθμίζων αὐτῆς. Ἰτέον ἐν τευθεν ὡς ἐκ τύπος ἡ σικίας ἐπ' αὐτὸ δὴ λοιπὸν τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος· τελευτάννευκε καθ' ἡμῶν ἐκ πλεονεξίας ὁ σαλανῆς. καὶ τοῖς τ' ἀμαρτίας ἐγκαλέδησε ζυγοῖς τὸ ἀνθρώπινον γένος.

ἦν δὲ τὸ σύμπαν εὐδεις τῆς ἐκείνης δυστροπίας ἀπειράτος. τοιγάρ τοι καὶ ὑπέροφρος ἦν, καὶ πεφρόνηκε μέγα, καὶ τῆς ἀπάντων ἀσθενείας ἔμετρίως καλεθρασύνηλο, λέγων τὴν οἰκόμενην ὄλην καταλήψομαι τῇ χειρὶ ὡς νοσσιάν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὡὰ ἀρῶ καὶ ἐκ ἔσω ὡς διαφύξειαί με, ἢ ἀνλείπη μοι. Ἀλλ' ἦν εἰκόμον αὐτῷ τὸ ἐπί γε τῶν φύσημα ὡήθη μὲν ᾧ ἀνλερεῖν εὐδεια καταδηῦν τὴν γῆν, ἀλλ' οἷον ἀμωγήν τοῖς ἰδίοις ὑποθεῖναι ποσὶ τὴν ὑπ' εὐρανόν. ἐσφάλλετο δὲ τῆς ἐλπίδος ὁ δειλαίος. ἀνλείρηκε ᾧ καὶ ἀντανέση Χριστὸς ἐξείλετο τὸν ἐκείνης βρόχον, δελεείας ἡμᾶς ἐξεκόμισε νοητῆς, καὶ τοῖς τῆς ἀμαρτίας ἐμπεδηκότας τέλασιν ἐξωτέθεικε τῶ κακῶ, διεβίβασε τὸν Ἰορδάνην, ὡς τοῖς μὲν ἐχθροῖς καὶ διώκειν ἐτέλεσσι τῶς εὐβίαν ἠρημένως πρὸ ὀλέθρου γίνεται, ζωοποιεῖ δὲ καὶ σώζει τῶς ὑπὸ Θεῶ, καὶ τὰ αὐτῶ δοκῶντα φρονεῖν σπυδαζούσας δέδωκεν ἡμῖν ἔμάννα τὸ ἀσθητόν, εἰκόμον ᾧ μάλλον, εἰς ἀγίαν, καὶ ζωοποιόν, καὶ πανάγιον ὄντως τροφήν. προσκεκομίσμεθα δὲ δι' αὐτῶ πρὸ Θεῶ καὶ πατρὶ, καὶ μεσίτης γέγονεν αὐτῶ καὶ ἀνθρώπων. Τεθεσμοτέθηκε δὲ πρὸς τῶτοις ἔ τὰ ἐν τῶ ὑποῖς ἔτι καὶ σκιαῖς, ἀλλὰ δι' ὧν ἦν μάλις τῆς ἀπασῶν ἀρίστης ἐφικέσθαι ζωῆς. ἐνεσι μὲν ἐν καὶ αὐτῶ τῶ νόμῳ τῆς ἀληθείας ἢ μόρφωσις, αὐτῶ δὲ λοιπὸν ἀνέλαμψεν ἢ ἀλήθεια. Ἄθρει δὲ ὅπως ἐκ ἠγνόηκε μὲν ὁ Μωσῆς, ὅτι γενόμενος ἀνθρώπος ὁ μονογενὴς τῶ Θεῶ λόγος τῆς ἀρχαίας ἐντολῆς τὰ ἀσυκρίτως ἀμείνω νομοθεῖσαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ τοι ᾧ γεγραφῶς περὶ τῶν δι' αὐτῶ τεθεσπισμένων νόμων, τὸ, ἐπ' αὐτῶν ἐκῆτι προθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἐκ ἔσω ἀφελεῖν, εἴτα τῶ δεσπολικῶν ἀξιομάτων ἐννοήσας τὴν ὑπεροχὴν, καὶ τῆς δόξης τὸ ὑπερλενές, καὶ τῶ θεοπρεπῶς ἐξουσίας τὸ μέγεθος, παρεγγυᾶ λέγων αὐτῶ ἀκῶσθε καὶ πάντα ὅσα εἰάν λαλήση πρὸς ὑμᾶς. εἰ γὰρ καὶ γένοιτο φησὶν, ἐκείνα βέλεσθεσμοθετεῖν αὐτῶν, ἀ δὴ καὶ ἀπρακτόν ἀποφίνεειν ἀν τὴν δι' ἐμᾶ διακονηθεῖσαν ἐντολήν, λόγος ἔσω τῶ τῶ μηδεὶς νομοθελεῖτω μετ' ἐξουσίας. Θεὸς γὰρ ἐστὶ καὶ δεσπότης, καὶ αὐτῶ καὶ μόνῳ πρέποιαν εἰκότως τὸ χεῖναι θεσμοθετεῖν. ἵνα ᾧ μὴ μόνῳ ὀρῶτο Μωσῆς τὴν ἐπ' αὐτῶ προφήτειαν ἐν τῶ τοῖς ἐξενεγκῶν, καὶ αὐτῶ τῶτο κεκύρωκεν ὁ Πατήρ. ἀριστοεπῆ δὲ αὐτῶ ἀποφάνει λέγων, ὀρθῶς πάντα ὅσα ἐλάλησε. προφήτην ἀναστήσω αὐ-

Nemo autem plane ab eius peruersitate liber & immunis erat: proindeque factu intolerabili utebatur, & infirmitati omnium insultabat his verbis: *Vniuersum orbem terrarum apprehendam manu sicut nidum, & tollam sicut ova derelicta: & non est qui effugiat me, aut contradicat mihi.* Quaquam frustra sibi tantos spiritus sumit, qui a nemine sibi contradictum iri terram depradanti, eamque nullo negotio pedibus suis subiecturum se putauit. Spe autem sua miser excidit; Christus quippe contradixit ac restitit: soluit eius laqueos, animi seruitute nos eripuit, & immerfos peccati coeno liberauit: per Iordanem traduxit, qui bonorum hostibus & persecutoribus immittit exitum, vivificat vero & conseruat Deo subditos, & qui eius voluntati obsequuntur. Dedit nobis non manna, quod sub sensum cadit, sed seipsum potius, in cibum sanctum, & viuificum, & re vera sanctissimum. Oblati autem sumus per ipsam Deo & Patri, & factus est mediator ipsius & hominum. Ad hæc leges præscripsit, non quæ in typis & umbris ultra essent, sed quæ ad optimum ac præstantissimum vitæ genus perducerent. Inest quippe ipsi quoque legi veritatis adumbratio, veritas autem ipsa tandem illuxit. Vide porro quomodo Moses quidem non ignorauit, quod vnigenitum Dei Verbum, assumpta humanitate, leges veteri mandato longe citra comparationem meliores daturum erat hominibus. Nam quum de legibus per ipsum latis scripsisset: *bis quicquam addi aut ab iis detrabi nefas esse;* postea Dominicæ maiestatis eminentiam & gloriæ sublimitatem diuinæque potentia magnitudinem animo reputans, præcipit his verbis: *Ipsam audietis, iuxta omnia que vobis loquetur.* Si enim ipse voluerit, inquit, eas leges ponere, quæ mandatum per me traditum irritum faciant, huius nulla ratio habeatur. Leges cum potestate statuat. Deus enim est ac Dominus, eique ac soli iure competit leges ponere. Ne autem solus videretur Moyses de ipso Christo in his prophetiam edidisse, idipsam etiam Pater ipse confirmauit, & recte loquutum illum declarat his verbis: *Recte omnia quæcumque loquutus est. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum*

suorum, sicut te: & dabo verbum meum in ore eius, & loquetur eis secundum omnia qua mandauero ei. At enim quid sibi hæc verba volunt, amice? Non enim quisquam paullo cordatior dixerit, ipsum omnibus sanctis Prophetis verbum dedisse, qui caelestia & ab illo accepta verba transportantes aiebant: *Hæc dicit Dominus.* Quid ergo sibi vult quum ait: *Dabo verbum meum in ore eius?* Animaduerte, vir eximie, Seruatoris nostri supra res omnes eminentissimam dignitatem. Diuini quippe Prophetæ ministerium suum implentes ea, quæ maxime seruos decet reuerentia, dicebant: *Hæc ait Dominus:* Hic vero non ita, nullo modo: ipse namque Dominus erat. Patris autem vocibus in vnaquaque re potius utebatur, vt quum

Matth. 8. leproso dicit: *Volo: mundare;* Et quum mortuos in vitam redire iubet. *Adolescens,* enim inquit, *tibi dico, surge.*

Luc. 7. Et, *Lazare, veni foras.* Et quum creaturam increpat, & furentium ventorum impetus retundit; & quum voce & verbo Deo maxime conueniente infanos maris fluctus compescit, *Tace,* enim inquit, *obmutescere.* Hoc, opinor, est illud, *Dabo verbum meum in ore eius.* Vt enim sapientissimus ille Paulus scribit: *fert omnia verbo virtutis sue,* Patris. Quod vtique maxime declarat, oraculi sensum non ad vnum e Prophetis pertinere, sed procul dubio ad ipsum, qui ex Deo Patre secundum naturam Deus ineffabiliter est genitus, non dedignatus autem est nasci quoque secundum carnem ex sancta Virgine. Porro temere & ad suum arbitrium ac libidinem rursus inuertens illud: *Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est, aut, cui reposita sunt: & ipse erit expectatio gentium:* non de omnium nostrum Seruatore Christo scripta hæc esse ait, sed de regno Dauidis; quod certe & in Sedecia Rege cessasse dicit. Quod vero propheticum illud dictum in his mentionem faciat eorum, qui ex tribu Iuda Israelitarum regnum tenuerunt, ipse quoque dixerim. Sed Iulianum mentiri, quum in Ezechia regnum Dauidis desuisse predicat; & Zorobabelis, qui, vt dixi, post captiuitatis tempus in regni folio confedit, quiuis hinc intelliget. Primum enim regnavit Saul: deinde

Α τοῖς ἐν μέσσοις τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, ὡς περ σέ, καὶ δώσω τὸ ῥῆμά μου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ λαλήσει αὐτοῖς ἡ πᾶντα, ὅσα ἂν ἐνείλωμαι αὐτῷ. Ἀλλὰ ᾧ τί τὸ τῶν λόγων χεῖμα, ὦ τάν; ἔγάρ δὴ φαίη τις ἂν τῶν νενεχέσεων, ὡς ἅπασιν τοῖς ἀγίοις Προφήταις ῥῆμα δέδωκεν αὐτός, οἱ τῆς ἀνωθεν καὶ παρ' αὐτοῦ διαπορθμευούτες λόγους ἔφασκον· τάδε λέγει κύριος· εἴτα τί ἂν βέλοιο δηλῶν ἐπὶ τέττω λέγων δώσω τὸ ῥῆμά μου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ; σὺντες, ὦ γενναῖε, τῆς τῆ σωτήρος ἡμῶν ὑπεροχῆς τὸ ἡ πᾶντων ἀξίωμα. οἱ μὲν γὰρ θεοπρόσιοι Προφῆταις δηλοπρεπεσάτην ποιούμενοι τὴν διακονίαν, ἔφασκον· τάδε λέγει κύριος· ὁ δὲ, ἔχ' ἔτω ποθὲν αὐτός γὰρ κύριος ἦν. ἐχρητο δὲ μάλλον ταῖς τῆ Πατρὸς φωναῖς ἐν ἐκείνῳ πράγματι· τῷ μὲν λεπρῷ λέγων· θέλω, καθαρῶσθαι τοῖς δὲ τεθνεῶσι τὸ ἀναβῖναι προστάτων νεανίσκει γὰρ, φησὶ, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι καὶ, Λάζαρε, δεῦρο ἕξω. ἐπιτιμῶν δὲ τῇ κτίσει, καὶ ἀνακόπτων μὲν πνευμάτων ἀγρίων ἐμβολὰς, καθιστὰς δὲ μαυνομένην τὴν θάλασσαν φωνῇ καὶ ῥήματι τῷ θεοπρεπεσάτω· σιώπα γὰρ, ἔφη, πεφίμωσο. τέττω οἶμα ἐστὶ τὸ δώσω τὸ ῥῆμά μου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος· φέρει τὰ πάντα ἐν τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, τῆ Πατρὸς. ὁ δὲ καὶ μάλις α διαδείκνυσσι, ἐν ἑφ' ἓνα τῶν Προφητῶν τὴν τῆς προρρήσεως ἴσσαν δύναμιν, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν ἐναργῶς τὸν ἐν Θεῷ μὲν Πατρὸς καὶ Φύσιν, ὡς Θεὸν ἀπορρήτως γεγεννημένον, ἐν ἀπαξιώσαντ' αὐτὸν καὶ τὴν καὶ σάρκα γεννησιν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου. περιττὰς δὲ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτῶν τάχα πρὸς καὶ μόνῳ καὶ ἀβασανίστως δοκῶν τὸ· ἐν ἐκλείψει ἀρχῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ ἠγόμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ ἀπόκειλαι, ἠγαν τὰ ἀποκείμενα αὐτῶν καὶ αὐτός ἐστι προσδοκία ἐθνῶν· ἔπερι γε τῆ πᾶντων ἡμῶν σωτήρος Χριστοῦ ταυτὶ γεγραπθῆαι φησὶν, ἀλλὰ περὶ τῆς τῆ Δαυὶδ βασιλείας, ἣν δὲ καὶ καταλήξαι φησὶν εἰς τὸν βασιλεῖα Σεδεκίαν. ὅτι μὲν ἐν τῶν ἐκ φυλῆς Ἰσραὴλ βεβασιλευκότων ἐπὶ τῆ Ἰσραὴλ, ὁ προφητικὸς ἡμῶν ἐν τέτοις διαμνημονεύει λόγος, φαίη ἂν καὶ αὐτός ἐγώ· ὅτι ἡ ψευδοπεῖ καταλήξαι λέγων εἰς Ἐζεχίαν τὴν τῆ Δαυὶδ βασιλείαν, καὶ τῆ Ζοροβάβελ, ὡς ἔφην, μὴ τὸν τῆς ἀρχμαλωσίας καμρόν τοῖς τῆς βασιλείας θάκοις ἐνιδρυμένον, εἰδείη τις ἂν ἐντεῦθεν. Πρῶτον μὲν γὰρ βεβασιλευκεν ὁ Σαῦλ· εἴτα

Matth. 8.

Luc. 7.

Ioan. 11.

Marc. 4.

Hebr. 1.

Gen. 49.

χρόνος διελάσασθαι μακρῶς, κατήνηκε μὲν Ἀ
 εἰς Σεδεκίαν τὰ τῆς ἀρχῆς. ἐπειδὴ ὅ ἦλω Ἱερο-
 σόλυμα, καὶ πεπόρθηαι τῶν Ἰσραήλων ἡ χώρα,
 κατὰσραλευσάντων αὐτοῖς τῶν Βαβυλωνίων,
 ἀπεκομίσθη μὲν ἀχμαλώτως Ἰσραὴλ ὁμῶς τῷ
 οἰκείῳ βασιλεῖ, Φημί δὲ τῷ Σεδεκίᾳ. ἐδομη-
 νος δὲ παρωχηκότος ἔτρε, ἀνῆκε μὲν τῆς ἀχ-
 μαλωσίας αὐτῆς διὰ Κύρου Θεός. Ἐπειδὴ δὲ
 πρὸς τὴν ἐνεγκῆσαν ἀνεκομίζοντο, καὶ νόμῳ τῷ
 διὰ Μωσέως παιδαγωγείῳ πάλιν ἐσπῆδα-
 ζον, τότε δὴ τότε τὸ παρ' αὐτοῖς ἐδέχετο σιγήπυρον
 Ζοροβάβελ ὁ τῷ Σαλαθιὴλ ἐκ Φυλῆς Ἰσρα-
 ῆλ. Πῶς ἔν καλαῆξαι Φησὶν εἰς Σεδεκίαν τὴν
 Δαβὶδ βασιλείαν, καὶ τοι τῷ Ζοροβάβελ, ὡς
 ἔφην, μὴ τὸν τῷ ἀχμαλωσίας κερὸν τοῖς τῆς
 βασιλείας θάκοις ἐνιδρυμένῳ, καὶ οὐ μὲν ἐκ
 Φυλῆς Ἰσραὴλ καὶ Δαβὶδ, παραπέμφασθαι δὲ
 διὰ τῶν ἐφεξῆς τὸ σιγήπυρον μέχρι τῷ Ἡρώδῳ
 βασιλείας, ὅς μὴ πρὸς μὲν γέγονεν Ἰσραήλ, ἀλ-
 λογενῆς ὅ πατρός; Ἐκλελοιπότην ὅ ἔτω τῶν
 ἐκ τῆς Ἰσραὴλ Φυλῆς τὸ ἀρχεὶν λαχόντων, ἐγεν-
 νήθη Χριστός, ὅς καὶ γέγονεν ἐθνῶν προσδοκία.
 κέκληται ὅ καὶ αὐτὰ διὰ τῷ πίσεως. καὶ τῷτο ἦν
 ἀρα τὸ περὶ αὐτῶν εἰρημένον διὰ Φωνῆς τῷ πάν-
 των ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἄλλα πρόβατα ἔ-
 χω, ἃ ἔκ ἐσιν ἐκ τῆς αὐτῆς ταύτης, κακεῖνα
 με δεῖ ἀγαγεῖν καὶ γενήσοντα μία ποιμνῆ, εἰς
 ποιμνῆ. Γεγέννηται τοίνυν, ὡς ἔφην, ὁ κύριος
 ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ἐκλελοιπότην εἰσαπαν-
 τῶν ἐξ Ἰσραὴλ βασιλέων, καὶ γέγονεν ἐθνῶν ἐλπίς.
 ἀπέκειλο ὅ τῷτο αὐτῷ. ὅ ὅ δὲ ἐνός τῶν ἀγίων
 εἰσκέκληται Προφητῶν, ἔτε μὴν διὰ τῷ παν-
 σόφῳ Μωσέως, ἦγεν ἑτέρῳ τινός τὸ παράπαν
 ἀπέκειλο δὲ μᾶλλον αὐτῷ, ὡς ἔφην, τὸ χεῖναι
 κρᾶτεῖν, ἔκτε μόνος τῷ Ἰσραήλ, ἀπάντων δὲ
 μᾶλλον τῶν ἐθνῶν. ἔφη γὰρ πρὸ καὶ ὁ Προφήτης
 Ζαχαρίας περὶ αὐτοῦ. καὶ ἔσαμ κύριος εἰς, καὶ τὸ ὄ-
 νομα αὐτοῦ ἐν, κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν. ψάλλει
 δὲ πρὸ καὶ ὁ Δαβὶδ. ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, ἀ-
 γαλλιάσθη γῆ! Οὐτοσί δὲ πάλιν ὁ δεινός εἰς λό-
 γος ὅτι δὲ τῷτων ἔθεν Ἰησοῦ προσήκει, πρό-
 δηλον. ἔθεν ὅ ἐσιν ἐξ Ἰσραὴλ. πῶς ὅ κατ'
 ὑμᾶς ἔκ ἐξ Ἰωσήφ, ἀλλ' ἐξ ἀγίας Πνεύμα-
 τος γεγονώς; ὅτι μὲν ἔν ἔκ ἐξ Ἰωσήφ τὸ πάν-
 αγνον αὐτοῦ γέγονε σῶμα, δεδημιουργηται δὲ
 διὰ τῷ ἀγίας Πνεύματος, ἀπασισθὲν οἰμα τῶν
 ἐν Φρονέντων ἐρεῖ. ἀλλ' ἦν καὶ ἔτω καὶ ἐκ τῷ Ἰ-
 σραὴλ Φυλῆς, καὶ ἐξ ἀμαθῶ τῷ Δαβὶδ, ἔχων μὲν

successu temporis Sedeciae regnum ob-
 venit. Captis autem Hierosolymis, &
 vastata Iudaeorum regione, Babylonis
 bellum in ipsos gerentibus, in capti-
 vitate actus est cum suo Rege Israel,
 Sedecia nimirum. Sed exacto demum
 anno septuagesimo, soluit eos captivi-
 tate per Cyrum Deus. Quum autem in
 patriam reducti essent, & in lege Moy-
 sis serio rursus instituerentur, tunc sa-
 ne, tunc regnum cepit Zorobabel fili-
 us Salathiel ex tribu Iuda. Quomodo
 igitur asserit, desuisse regnum Davidis
 in Sedecia, quum Zorobabel, ut dixi,
 post captivitatis tempus in regni solio
 confederit, sitque ex tribu Iuda & Da-
 vid, & per successores sceptrum ad re-
 gnum Herodis usque transmiserit, qui
 matre quidem Iudaea natus est, patre
 autem alienigena? Sic enim quum de-
 fecissent ex tribu Iuda qui principatum
 gerent, natus est Christus, qui & fu-
 it expectatio gentium: nam ipsae quo-
 que per fidem vocatae sunt. Atque
 hoc erat profecto quod de ipsis dictum
 est per vocem Servatoris omnium
 nostrum Iesu Christi: *Et alias oves ba-*
beo, quae non sunt ex hoc ovili: & illas
oportet me adducere, & fiet unum ovile,
& pastor unus. Natus est ergo, ut
 dixi, Dominus noster Iesus Christus,
 quum defecissent omnino Reges ex
 Iuda; & factus est expectatio gentium.
 Istud enim ipsi repositum erat. Non
 enim per unum e sanctis Prophetis ad-
 vocatae sunt, at neque per sapientissi-
 mum Mosem, aut alium prorsus vllum.
 Immo repositum ipsi erat, sicuti dixi,
 non Iudaeae solius, sed omnium genti-
 um potius imperium. Dixit enim ali-
 cubi quoque propheta Zacharias de
 ipso: *Et erit Dominus unus, & nomen*
eius unum, circumiens omnem terram.
 David item alicubi canit: *Dominus*
regnauit, exultet terra. At rursus
 acutus ille noster Iulianus: *Quod au-*
tem istorum nihil Iesu conueniat,
manifestum est. Neque enim est ex
Iuda: nam quomodo ille, secundum
vos, non ex Ioseph, sed ex Spiritu
sancto natus sit? Quod igitur sanctis-
simum illud eius corpus non ex Io-
seph natum, sed per Spiritum san-
ctum fabricatum sit, quivis opinor
sanae mentis fatebitur: sed hoc quo-
que modo erat cum ex tribu Iuda,
tum ex sanguine David, natiuita-
tem

Ioan. 10.

Zach. 14.

Psal. 96.

tem quidem habens secundum carnem ex sancta Virgine, patrem vero Ioseph adscititium. Ambo autem erant de tribu Iuda, ex qua Iesse & Dauid. At enim, forsitan inquiet, non potes demonstrare virginem ipsum peperisse ex sanguine Dauid, aut saltem ex tribu Iuda. Audies enimvero quid in eam rem sacrae literae prodiderint. Cauebant Israelitae ne, quam quis vellet, ad coniugii contubernium ex quaque tribu assumeret, iique etiam inuiti uxores e sua tribu ducere cogebantur: atque id diuina lege firmatum erat. Sic enim scriptum est in Numeris, qui liber vnus est eorum quos sapientissimus Moses edidit. *Et praecepit Moses filiis Israel per praeceptum Domini, dicens: Cuius placuerit coram eis, sint uxores: tantummodo e populo patris sui sint uxores; & non circumuertetur hereditas filiis Israel a tribu in tribum: quoniam vnusquisque in hereditate tribus familiae suae coniungentur filii Israel. Et omnis filia vendicans hereditatem ex tribubus filiorum Israel, vni eorum, qui de populo patris sui, erunt uxores; vt vendicent filii Israel vnusquisque hereditatem paternam.* An tibi videtur, vel per istam legem comprobasse demum, ex vna tribu ambos fuisse, Ioseph & virginem, Iuda inquam & Dauid? Sed non erat Ioseph ex Iuda, inquit: probationem autem alio reiicit, ideoque nos etiam de his rebus suo loco disputabimus. Porro eo progreditur petulantissima illa eius oratio, vt incarnationis Vnigeniti modum, quantum in se est, & ipsius praeterea Verbi existentiam, audeat percellere. Interpretem enim factorum Mossem, & eius successores sanctos Prophetas, vnum certe & solum Deum patrem cognitum habuisse, dicit, eique neminem plane adnumerasse. Ita autem scribit:

IVLIANVS.

Sed huius quidem rei veritatem in altero libro sedulo indagaturi, superfedemus. Esto vero princeps ex Iuda: non Deus ex Deo, vt dicitis, neque omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed dictum est etiam in Nu-

Num. 24.

meris: Orietur stella ex Iacob, &

 Quod quidem ex Scriptura sacra perspi-
 cere licet. Non enim dicimus, diui-
 nam & incorruptibilem mentem, in
 qua sunt thesauri sapientiae & scientiae
 absconditi, ut scriptum est, ignorasse,
 genus hominum prolapsum in peccatum
 obnoxium fore condemnationi & ma-
 ledicto, subiectum autem iri morti &
 corruptioni, non tamen noxam eam
 ob rem laturum in se perpetuam & in-
 delebilem; sed vna cum morte pecca-
 tum exuturum in Christo per fidem,
 & ad pristinum statum reuerfurum, &
 ad puram ac incorruptam vitam reditu-
 rum. Quocirca mysterii cognitionem da-
 tam esse dicimus, idque praeceteris Abra-
 hamo. Vnde Filius ipse Iudaeorum turbas
 affatus est his verbis: *Abraham pater vester
 exultauit ut videret diem meum: &
 vidit, & gauisus est.* Eius tamen filii,
 Isaac nimirum & Iacob, & eorum po-
 steri, vsque ad sapientissimum Moesem,

Colof. 21

Ioa. 81

multifariam multisque modis illius mysterii vim subobscurè didicerunt. Et sane Moses ipsum præfiguravit, quum in Ægypto mandasset, quod qui ex sanguine erant Israelis immolarent quidem agnum in typum Christi, sed vngerentur sanguine, & per solam umbram suaderet placandum esse exterminatorem. Quod ita sane contigit. Seruati enim sunt, & ab internecione immunes redditi. Præterea simplex veritatis typus quoque est Iesus filius Naue, vero Iesu cognominis. Transiit enim per Iordanem filios Israel, & circumcidit cultris lapideis, & in terram promissionis intulit. Cernes post hunc & præstantissimum prophetam Samuelem, agnos quidem immolasse, & in odorem suauitatis Deo consecrassè, & aquam insuper sacrificiis infudissè. Tum ingruentibus bellis, & innumera phalange alienigenarum Iudæam depopulante, sine pugna victoriam reportasse, & periclitantes seruasse. Salutare enim est Christi mysterium credentibus in ipsum. Idque reliquus sanctorum Prophetarum chorus prædixerat. Quocirca diuinus Dauid, promittente Deo ac dicente: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam;* quum ad exitum omnino perductum iri promissionem vehementer confideret, Incarnationis modum passim prædicat dicens, modo quidem: *Deus manifeste veniet, & non slebit;* modo rursus ad ipsum: *Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* Viden vt Deus a Deo vngatur. At quomodo factum istud dicimus? Quum enim factus est homo, manens id quod erat, tunc & secundum nos humano more unctus est a Deo ad Apostolatam. *Factus est pontifex & Apostolus confessionis nostra,* sicut scriptum est. Erat enim semper, & est in celo, & in hoc mundo, & locus eo vacuus omnino nullus. Omnia etenim implet diuinitatis natura. Ille autem inuisibilis quum sit, visibiliter ad nos venit, quum nostram formam induit. Porro autem terræ dominatorum illum, suisque sceptris vniuersum

Απολυμερῶς τε καὶ πολυτρόπως τὴν τῆς μυστηρίων δύναμιν ἀνιγματοδῶς διεμάνθανον. προανετύπη γὰρ ὁ Μωσῆς αὐτὸ, προστεταχὼς ἐν Ἀιγύπτῳ τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, κατὰ φύσιν μὲν τὸν ἀμνὸν εἰς τύπον Χριστοῦ, κατὰ χεῖρα δὲ τῷ αἵματι, καὶ διὰ μόνης τῆς σκιάς δυσωπεῖν ἀναπέειπεν τὸν ὀλοτρευτήν. ὁ δὲ καὶ πέπρακται διεσώζοντο γὰρ, καὶ τῆς καταφθίσεως δεῖν ἀπέλει κρείττονας. Καὶ φιλόσοφος ἐτι τῆς ἀληθείας ὁ τύπος ναὶ μὴν καὶ ὁ τῆς Ναυῆ πᾶς Ἰησοῦς, ὁμώνυμος τῷ ἀληθινῷ. διεβίβασε γὰρ τὸν Ἰορδάνην τὰς ἡμέρας Ἰσραὴλ, καὶ περιέτεμε μαχαίραις πετρίαις, εἰσκειόμενος δὲ καὶ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Ὁφείματα τῶν καὶ τὸν πανάριον ἐν προφητείας Σαμὴλ, ἄρνα μὲν θύοντα καὶ εἰς ὄσμήν εὐωδίας καθιερόντα τῷ Θεῷ, καὶ μὴν καὶ ὕδαρ τοῖς θυμασιν ἐπανιλήσαντα. εἶτα πολέμων ἐπηρημένων, καὶ ἀναριθμητῶν Φάλαγγος ἀλλοφύλων καταδύσεως τὴν Ἰουδαίαν, ἀμαχεῖ νικήσαντα, καὶ σεσωκότα τὰς κινδυνεύοντας. σωτήριον γὰρ τὸ Χριστοῦ μυστήριον τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. Καὶ ἅπας δὲ ὁ λοιπὸς τῶν ἀγίων Προφητῶν προανακεκράγει χορὸς. καὶ γὰρ ὁ μὲν Θεσπέσιος Δαβὶδ ὑπισχνόμενος Θεῷ καὶ λέγοντος ἐκ καρπῶ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τῆς θρόνου σου. ὅτι πάντη τε καὶ πάντως εἰς πέρας ἐκθήσεται τὸ ἐπηγγελμένον, εὐ μάλα τεθαύρηκώς, τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον περιεγγέλλει, λέγων πότῃ μὲν, ὅτι Θεὸς ἐμφανῶς ἦξει, καὶ ἔ παρασιωπήσεται πότῃ δὲ αὐτὸς πρὸς αὐτόν, ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τῶν αἰῶνων, ῥά εἰς εὐθύτητος ἢ ῥά εἰς τῆς βασιλείας σου. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν διὰ τῆτος ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τὰς μετόχους σου. Ὁρᾷς ὅτι Θεὸς χρίεται παρὰ Θεῷ. εἶτα πῶς τῆτος πεπραχθαι φημέν; ὅτε γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος, μεμενηκώς ὅπερ ἦν, τότε καὶ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως χρίεται παρὰ Θεῷ πρὸς ἀποστολήν. γέγονεν ἀρχιερεὺς καὶ ἀπόστολος τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, καὶ τὸ γεγραμμένον. Ἦν μὲν γὰρ αἰεὶ καὶ ἔστιν ἐν ἔρανῳ, καὶ ἐν τῶνδε τῶ κόσμῳ, καὶ τόπος αὐτῆς κενὸς τὸ σύμπαν ἔδειξεν. πληροῖ γὰρ τὰ πάντα τῆς θεότητος φύσει. ἀφίκοι δὲ πρὸς ἡμᾶς ἐμφανῶς ὁ ἀόρατος, ὅτε τὴν καθ' ἡμᾶς ἀπέδου μορφὴν. Ὅτι καὶ κατακρατήσεν ἐμελλε τὸ ὑπ' ἔρανόν, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτῆς σκήπτροις

Psalm. 132.

Psalm. 44.

Hebr. 3.

ἅπαν ἀνθρώπων ὑποθεῖναι γένος, αὐτὸς ὁ Δαβὶδ ἄ-
 πάλιν πληροφορήσει ὡδὲ πρὸς αὐτὸν εἰπὼν
 πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα ἐποίησας, ἤξεσι, καὶ προσ-
 κυνήσασιν ἐνώπιόν σου, κύριε. καὶ πάλιν καὶ
 προσκυνήσάτωσαν σοι πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς
 γῆς· πάντα τὰ ἔθνη θαλέουσιν αὐτῷ. καὶ πάλ-
 λιν πάντα τὰ ἔθνη κροήσατε χεῖρας· ἀλαλά-
 ξατε τῷ Θεῷ ἐν Φωνῇ ἀγαλλιάσεως, ὅτι κύ-
 ριος ὑψιστος, Φοβερός, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶ-
 σαν τὴν γῆν. Ὅρας ὅπως Θεὸν καὶ κύριον ὑψιστόν
 τε καὶ βασιλέα τὸν ἐν σαρκὶ πεφηνότα καλεῖ;
 ὁ γε μὴν ἐξ αὐτοῦ γεγονώς υἱὸς Σολομῶν, τὴν
 παρὰ Θεοῦ δοθεῖσαν ὑπόσχεσιν ἐκ ἠγνοηκώς,
 ἔτω πρὸς Φησὶ τὰς πρὸς Θεὸν ἐκκλησίας ἀνα-
 τείνων καὶ νῦν κύριε ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, πικρωθή-
 τω δὴ τὸ ῥῆμά σου τῷ Δαβὶδ πατρί μου, εἰ
 ἀληθῶς κατοικήσει ὁ Θεὸς μετ' ἀνθρώπων ἐπὶ
 τῆς γῆς. Τῆτο καὶ ὁ Βαρθολομαῖος λέγων·
 ἔτος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐλογισθήσεται ἕτερον πρὸς
 αὐτὸν ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν
 αὐτῷ Ἰακώβ τῷ παιδί αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ
 ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς
 γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Ἰδὲ
 δὴ καὶ ἔτος ἐν μάλα καὶ σαφῶς Θεὸν ἐπὶ γῆς ὤ-
 φθαι Φησὶ, συνανεστράφηναί τε τοῖς ἐν αὐτῇ.
 Ἡσάμας γε μὴν τὴν παράδοξον αὐτοῦ καὶ σάρ-
 κα γέννησιν εὐηγγελίσαστο, λέγων ἰδὲ ἡ παρθένος
 ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν καὶ καλέσασιν τὸ ὄνο-
 μα αὐτοῦ Ἐμμανὴλ, τῆλεσι, μεθ' ἡμῶν ὁ
 Θεός. καὶ πάλιν ἰσχύσατε χεῖρες ἀνεμμένα, καὶ γό-
 νατα παραλελυμένα, παρακαλέσατε οἱ ὀλι-
 γόψυχοι τῇ διανοίᾳ, ἰσχύσατε, μὴ φοβεσθε.
 ἰδὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἰδὲ κύριος μετ' ἰσχύος ἔρχε-
 ται, καὶ ὁ βραχίον μετ' κυρίας. καὶ πάλιν τότε
 ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὠτα κω-
 φῶν ἀκούσονται. τότε ἀλείεται ὡς ἔλαφος ὁ χω-
 λός καὶ τρανὴ ἔσαυ γλώσσα μογιλάλων. καὶ πάλ-
 λιν Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐτοιμάσατε
 τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους
 τῆς θεῆς ὑμῶν. Ὅδὴ καὶ πέπραχεν ὁ θεσπέσιος βα-
 πτιστὴς Ἰωάννης. ἐρομένων ἐν τῶν Ἰουδαίων αὐ-
 τὸν, τίς εἶ, καὶ ἐπὶ τίσιν ἀπεσάλη, δια-
 μεμήνυκεν ἐναργῶς, ἔτω λέγων· ἐγὼ Φωνὴ
 βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυ-
 ρίου. Ὅτι δὲ ἐμελλεν, ἐνανθρωπήσαντος τῆς μονο-
 γενεῆς, καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν κατορθῶσαι κλησίς,
 πεπληροφόρηκεν εἰπὼν· Ἔθνη ἅ ἐκ οἴδασι
 ἐπικαλέσοντά σε καὶ λαοὶ, οἳ ἐκ ἐπίσαντα ἐπὶ

hominum genus subditurum, David
 ipse plenam rursus fidem faciet his ad
 illum verbis: *Omnes gentes, quascunque* P^{sal.} 85.
fecisti, venient, & adorabunt coram te,
Domine. Et rursus: Et adorent te omnes P^{sal.} 71.
Reges terra: omnes gentes seruient ei.
 Item: *Omnes gentes plaudite manibus:* P^{sal.} 46.
iubilate Deo in voce exultationis: quoniam
Dominus excelsus, terribilis, Rex
magnus super omnem terram. Cernis
 ut Deum ac Dominum excelsum &
 Regem appellat, qui in carne apparuit?
 Præterea Davidis ille filius, Salomon,
 promissionis diuinæ non ignarus, alicu-
 bi sic ait preces ad Deum tendens: *Et*
nunc Domine Deus Israel, fidele sit, qua- 2. Paral. 6.
so, verbum tuum quod locutus es David
patri meo, si vere habitabit Deus cum
hominibus super terram. Istud quoque
 Baruch demonstravit, dicens: *Hic est* Bar. 3.
Deus noster: non aestimabitur alius ad
eum. Adinuenit omnem viam scientia,
& dedit eam Iacob puero suo, & Israel
 dilecto suo. Et postea: *Super terram*
visus est, & cum hominibus conuersatus
est. En iste quoque clare admodum
 Deum in terra visum esse prædicat, &
 conuersatum esse cum hominibus. At
 Esaias stupendam eius in carne natiuita-
 tem annunciauit, dicens: *Ecce virgo in* Esai. 7.
utero habebit, & pariet filium, & vo-
cabunt nomen eius Emmanuel, hoc est,
 nobiscum Deus. Item: *Confortamini* Idem. 35.
manus remissa, & genua dissoluta, conso-
 lamini pusillanimes mente, confortami-
 ni, ne timeatis, *Ecce Deus noster: Ecce* Idem. 40.
Dominus cum fortitudine veniet, &
brachium cum potentia. Et rursus: Idem. 35.
Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures
surdorum audient: tunc saliet sicut cer-
uus, claudus: & expedita erit lingua bal-
 borum. Item: *Vox clamantis in deser-* Idem. 40.
 to: *Parate viam Domini, rectas facite*
 semitas Dei nostri. Quod profecto fecit
 etiam diuinus ille Ioannes Baptista.
 Quippe quum interrogarent illum Iu-
 dæi, quis esset, & quas ob res mis-
 sus esset, declaravit aperte, dicens:
Ego vox clamantis in deserto, para- Ioan. 1.
te viam Domini. Porro incarnato
 Unigenito vocationem quoque gen-
 tium perfectum iri, probavit dicens:
Gentes, que nesciebant, inuoca- Esai. 55.
bunt te: & populi, qui ignoiebant,

Zach. 2.

Zach. 9.
Esa. 62.

Dan. 7.

ad te confugient. Alius præterea ex sanctis Prophetis: *Letare, inquit, & exulta, filia Sion, quia ecce venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus; & fugient gentes multæ ad Dominum in die illo, & erunt ei in populum.* Ipse quoque vniuersi Deus sanctis Prophetis ait alicubi: *Dicite filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi iustus, & saluans: ipse mansuetus, & ascendens super subiugalem & pullum nouum.* Sic enim Christus ascendit Hierosolyma pullo insidens. Daniel vero ille sapientissimus: *Et aspicebam, inquit, in visione noctis, & ecce cum nubibus cali, quasi filius hominis veniens, & usque ad antiquum dierum peruenit: & coram ipso adductus est, & datus est ei principatus, & honor, & regnum: & omnes tribus & lingua ipsi seruiunt.* Plurima his, quæ dixi, alia dicta sanctorum virorum accumulasse, (talibus enim referta est diuina Scriptura) nisi in animum induxisssem nemini fastidium non parere quodcumque est ultra modum. Sufficiunt autem & hæc opinor veri studiosis. Quod autem Græcorum nonnulli sapientes haud obsecuri nominis, sed claræ apud illos gloriæ consequuti, mysterium hoc admirati sint, vel hinc sciemus. Amelius quippe ille Platonius, qui vna cum Plotino & Gentiliano Romæ floruit, (sic enim de iis scribit Porphyrius) ita scripsisse dicitur: *Atque hoc vtiq; erat Verbum, per quod, semper quum sit, ea quæ sunt extiterunt, quemadmodum & Heraclitus statuit: & quod per Iouem, Barbarus ille vult in principii gradu & dignitate constitutum apud Deum esse, perque illud omnia plane facta esse: in quo quicquid factum est, viuens, & vitam esse, & in rerum natura existere. In corpora porro delabi, & carne indutum hominem apparere, ut interim naturæ maiestatem ostendat: adeoque solutum, rursus Dei locum capere, & Deum esse, qualis erat priusquam in corpus, & carnem, & hominem descenderet.* Barbarum igitur, opinor, vocat diuinum Iouannem propter linguæ forsan discrepantiam. Hebræus enim erat ex Hebræis, non ex Græcorum regione ac terra. Veruntamen sciebat incarnatum esse Verbum, & istud confitetur, nec diuini præconiū

σὲ καλαφύξουσαι. Ἐτερός γε μὴν τῶν ἀγίων προφητῶν τέρπει, καὶ εὐφραίνει, φησὶ, θυγατέρα Σιών, ὅτι ἰδὲ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει κύριος. καὶ καλαφύξουσαι ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔσονται αὐτῇ εἰς λαόν. Καὶ αὐτὸς δὲ πρὸ φησὶν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀγίοις Προφήταις· εἶπα λέγει τῇ θυγατρὶ Σιών ἰδὲ, ὁ βασιλεὺς σου ἔρχεται σοὶ δίκαιος καὶ σώζων αὐτὸς πρᾶως καὶ ἐπιβεβηώς ἐπὶ ζύγιον καὶ πῶλον νέον. ἀνέβη γὰρ ἕως εἰς Ἱεροσόλυμα Χριστὸς, ἐφίξας τὴν πόλιν. Δανιὴλ γε μὴν ὁ σοφώτατος καὶ εἰδὼν, φησὶν, ἐν ὄραματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδὲ μὲν τῶν νεφελῶν τὴν ἔραν, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἕως τῶν παλαιῶν τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία καὶ πᾶσα φυλαὴ καὶ γλῶσσαι αὐτῷ δαλέυσασθαι. Πλείστας δ' αὖν καὶ ἑτέρας, ὡς ἔφη, ἐπεσώρευσα φωνὰς ἀνδρῶν ἀγίων μεμέσῳσαι γὰρ τῶν τοιούτων ἡ θεόπνευστος γραφή· εἰ μὴ ἐνενόησεν, ὅτι παντὶ τῷ γένοιτο ἂν τὸ πέρα μέτρα προσκορῆς. ἀπόχρη δὲ οἶμαι καὶ ταῦτα τοῖς τῆς ἀληθείας φιλοθεάμοσιν. Ὅτι δὲ καὶ τῶν παρ' Ἑλλήσι φιλοσόφων τινὲς ἐκ ἄσημοι γεγονότες, ἀξιοζήλωτον δὲ παρ' αὐτοῖς τὴν δόξαν ἀράμενοι, τεθαυμάσασθαι τὸ μυστήριον, κἀντεῦθεν εἰσόμεθα. Ἀμέλιος γὰρ ὁ Πλατωνικός, Πλωτίνω τε καὶ Γενίλιανῶ συνακμάσας καὶ τὴν Ῥώμην φησὶ γὰρ ἔγωγε Πορφύριος περὶ αὐτῶν ὡδὲ γεγραφένας λέγεσθαι καὶ ἔτος ἄρα ἦν ὁ Λόγος, καθ' ὃν αἰεὶ ὄντα τὰ γένομενα ἐγένετο, ὡς αὖν καὶ ὁ Ἡράκλειτος ἀξιώσειεν εἶναι, καὶ νῆ Δία ὁ Βάρβαρος ἀξιοῖ ἐν τῇ τῆς ἀρχῆς τάξει τε καὶ ἀξία καθεστηκότα πρὸς Θεὸν εἶναι, δι' ἃ τὰ πάντα ἀπλῶς γεγενῆσθαι ἐν ᾧ τὸ γερόμενον ζῶον, καὶ ζῶν εἶναι, καὶ ὄν πεφυκέναι, εἶτα εἰς τὰ σώματα πίπτειν, καὶ σάρκα ἐνδύσασθαι, φαντάζεσθαι ἄνθρωπον, μὲν τὴν καὶ αὐτὰ δεικνύει τῆς φύσεως τὸ μεγαλεῖον ἀμύφῃ καὶ ἀναλυθέντα πάλιν ἀποθεῖσθαι, καὶ εὖ εἶναι, οἷος ἦν πρὸ τῆς εἰς τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἀρχαίαν, καὶ τὸν ἄνθρωπον κατενεχθῆναι. Βάρβαρον ἔν, ὡς γε οἶμαι, τὸν θεσπέσιον Ἰωάννην ἔποκαλεῖ, διὰ τοῦ τῆς γλώττης τάχα πρὸ ἑτέρου ῥόθρου. Ἑβραῖος γὰρ ἦν ἐξ Ἑβραίων καὶ ἐκ ἀπὸ γε τῆς Ἑλλήνων χώρας τε καὶ γῆ. πλὴν οἶδεν ἐνανθρωπήσαντα Λόγον, καὶ τὸ ὁμοίωσθαι, καὶ ἐκ ἀπόβλητον ποιῆσαι τὸν τῆς εἰς κηρυγμαί

τὸ λόγον. προεχρησμάδηται τὸ τῶ Χριστῶ A
 μυστήριον, καὶ πληθὺς ἀγίων ἐποιεῖτο τὴν προα-
 νάρρησιν, καὶ ἕκαστος ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν γεγονότων
 καιρὸν. Συμβεβηκότων δὲ ἐν τῶ πράγματι τῆς
 ἀπάντων Φωνῆς, καὶ αὐτῆς δὲ τῶτο βωῶσης τῆς
 πείρας, ἀπίθανον ὡς γε οἶμαι παντελῶς τὸ ἀ-
 πειθεῖν ἐλέσθαι τινὰς, καὶ τοῖς ἀληθέσι ἀντεγει-
 ρομένους, τοῖς τὴν Φρένα παρακεκομμένοις ὀ-
 λίγα παραχωρεῖν, καὶ τοῖς αὐτοῖς τοῖς Ἑλλήνων
 λογάσει ἀπίθανον εἶναι πῶς τὸ χρῆμα δοκεῖ. Καὶ B
 γὰρ ἔφη Πλάτων περὶ γε τῶ παρασφίσι Θεῶν
 περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαμονίων εἰπεῖν, ἢ γνῶναι
 τὴν γένεσιν, μείζον ἢ κατ' ἡμᾶς. πειθεῖον δὲ
 τοῖς εἰρηκόσι ἐμπροσθεν, ἐγγόνιοις μὲν ἔσι Θεῶν,
 ὡς ἔφασαν, ὡς τῶς ἐαυτῶν προγόνους εἰδόσι.
 ἀδύνατον ἔν Θεῶν πασι ἀπιστεῖν, καὶ περ ἄνευ
 εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγασιν ἀλλ'
 ὡς οἰκεία Φασιν ἄπαγγέλλειν ἐπομένους τῶ
 νόμῳ πειθεῖον. Εἶτα, ὧ βέλτιστοι, τεθαυμάκατε
 μὲν τὸν Ἀρίωνος, καὶ περ ἄνευ εἰκότων καὶ ἀνα- C
 γκαίων ἀποδείξεων, χρῆσαι λέγοντα σεφάνην
 τῆ πίσει τῶς τῶν Θεῶν ἐγγόνους ἀπαγγέλλοντας
 τὰ περὶ αὐτῶν ἐν δίκη τῶν ἀγίων προφητῶν πα-
 ραγράφεσθαι τὰς Φωνὰς, καὶ καλεφευσμένους
 εἶναι Φαλὲ τῶς διὰ τῶ ἀγίῳ Πνεύματι γεγο-
 νότας λόγους; καὶ τοῖς μὲν τῶν ψευδωνύμων
 Θεῶν ἐγγόνιοις κατ' ἑδῆνα τρόπον ἐποιεῖ ἂν
 εἰκότως τὸ ἀξιοπίστον πεπεράχασιν ἢ τῶν πα-
 ραδόξων ἑδῆν τοῖς γε μὴν ἀγίοις Προφήταις
 προσμεμαρτύρηκεν αὐτὸ τῆς ἐυζωίας τὸ κάλλος, D
 καὶ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος τὸ περιφανές, καὶ
 μὴν ὅτι τῆς παρ' αὐτῶ δυνάμεως ἀμφιλαφε-
 σάτην ἔχουτες χορηγίαν, τῶν ὑπὲρ χεῖρα τὴν
 κατ' ἡμᾶς γεγονόσιν ἀπολελεσά. Ἀλλ' ἴσως
 ἐρῶσιν οἱ δι' ἐναντίας ἂνθ' ὅτι ἢ δὴ καὶ ἐν-
 θρώπησεν ὅλως, καὶ σαρκὸς καὶ ῥύπα τῶ ἐν ἡμῶν
 κέχελο, καὶ τοῖς μετὸν αὐτῶ, καὶ μάλα ῥαδίως,
 ἐτέρ' ἐσι Θεὸς ἀληθῶς, καθὰ διαλείνεσθε,
 κἀνεῦσαι μόνον, καὶ ἀρήτω δυνάμει τὰς τῶ
 ἐπιγῆς μελασῆσαι καρδίας εἰσγε τὸ ἐλέσθαι E
 δρᾶ, καὶ μὴν καὶ Φρονεῖν τὸ ἀνδάνον αὐτῶ, καὶ τὸ
 γε οὐ δεῖν διαξιάνααι θεοφιλῶς; Ἐγὼ δὲ πρὸς
 αὐτὰ δαίην ἂν διημάρηκεν ἐν ἄρα σιοπῶ,
 καὶ ἔξ τῶ Φέρεται τῶ εἰκότος ὁ θεῖός τε καὶ ἀκή-
 ρατῶν, καὶ ἐκ ἐυθύν τῶ πρέποντι ἀπενη-
 νέχθη Φομέν αὐτόν; ἂρ' ἐν ἐσμέν ἀμείνους ἢ
 μεῖσις σύνετιν τῆς ὅλης σοφίας; καὶ ἀμιλλήσε-
 ται μὴ ἡλίω ῥύχνος; ἴσως ἀλήσει ἡμία σαγῶν πρὸς ὅλην ταυτηνὴ τὴν εὐνειάν καὶ ἀμέτρητον
 mari

voce reiicit. Prædictum est illud Chri-
 sti mysterium, & multi sancti vatici-
 nati sunt, qui nec vno nec eodem tem-
 pore fuerunt. Quum ergo res omni-
 um vocibus consentiant, & ipsum ex-
 perimentum istud clamet, credible non
 est reperiri nonnullos, qui fidem adhi-
 bere nolint; sed veritati repugnando
 non multum a deliris & mente percul-
 sis absint, tametsi res ipsis quoque Græ-
 corum primoribus non incredibilis esse
 quodammodo videtur. Plato quippe
 de suis Diis dixit: De aliis autem Dæmo-
 nibus dicere, aut cognoscere eorum gene-
 rationem, nostris viribus maius est.
 Credendum autem est iis, qui prius illam
 explicarunt, quippe qui ab Diis orti, ut
 aiebant, eos ut suos maiores norant.
 Fieri ergo non potest, ut Deorum liberis
 fidem non adhibeamus, quamvis nec argu-
 mentis nec rationibus certis eorum ora-
 tio confirmetur: sed quia res suas enun-
 ciare præ se ferunt, ex legis præscripto cre-
 dendum est. Itane igitur, o boni, Ari-
 stonis filium suspicatis, licet absque ve-
 risimilibus & necessariis demonstratio-
 nibus dicat, Deorum nepotibus fidem
 esse adhibendam, prædicantibus res
 suas; iure autem repudiari Prophetarum
 vaticinia, & falsa esse quæ per Spi-
 ritum sanctum edita sunt oracula con-
 tenditis? Atqui falsorum Deorum ne-
 potibus nihil est cur iure credatur: ni-
 hil enim admirabile patrarunt; sanctis
 autem Prophetis ipsum probitatis decus,
 & familiaritatis cum Deo splendor,
 auctoritatem conciliat, & quod eius
 virtute abunde locupletati opera patra-
 runt humanis maiora. At enim dicent
 forsitan aduersarii: Cur plane factus ho-
 mo est, & carnem ac sordes nostras
 pertulit, quum ei liceret, idque facil-
 lime, si reuera Deus est, ut contendi-
 tis, solo nutu ac ineffabili virtute,
 hominum corda transferre ad ea susci-
 pienda & sentienda quæ vellet, &
 pie ac religiose viuendum? Ad hæc
 ego dixerim: Aberratne a scopo igitur
 diuina & incorruptibilis mens, eamque
 deflectere quodammodo a recto di-
 cimus? An ergo solidam illam sapientiam
 prudentia vincimus? Et cum
 sole contendat lucerna? Et gutta v-
 nica cum toto hoc vasto & immenso

Esaï. 40.

mari comparabitur? At quis diuinum illum prophetam Esaïam non mirabitur, clare & sapientissime proclamantem: *Quis mensus est manu aquam, & calum palmo, & vniuersam terram pugillo? Quis constituit montes pondere, & valles statera? Quis cognouit mentem Domini?* Nam vt palmo calum metiri non possumus, & vniuersam terram pugillo, nec montes & valles impone trutinæ: ita cuiusuis hominis, imo rationalium creaturarum omnium, vires excedit, supernaturalem & supremam mentem peruidere ac metiri. Si quis ergo summa illa sapientia se perspicaciorem dicere audet, Deum arguat: cæterum delirare se intelligat. Furor enim istud est, & hominis mentis emotæ oratio. Sin autem nemo non fateatur, tantum se summa sapientia inferiorem, quantum ipsa minor secundum naturam esse videatur: annon sapientis erit, ei certe vni concedere cognitionem eius quod sibi maxime conuenit? Nec enim quidquam fecerit, quod utique non oporteat eo vnoque modo, quo factum est, se habere. Est & alia ratio, quam necessario considerandam & asserendam puto. Quæcunque enim est in cælis rationalis & intellectualis creatura, liberis ad quidlibet agendum motibus impellitur, & nutus habet omni necessitate solutos. Ita enim factum est profus, vt boni iure laudentur ac donentur præmiis, vituperandi autem censeantur improbi. Vt ergo nos ipsi quoque ad quiduis honestum sponte feramur, libera mente hominem in terra degere permittit Deus. Atque ita principio contigit. Ipse enim suæ voluntatis habenas tenet, ac liberis motibus in vtrumque fertur, bonum scilicet ac malum. Quapropter si ineffabili quadam & diuina virtute & efficacia vtendo, vniuscuiusque mentem ad bene agendum transtulisset, & imperium ipsi bonum etiam nolenti statuisset, non iam istud mentis fructus esset, adeoque nec digna laude res, sed necessitatis potius, & non voluntariæ cupiditatis. At quomodo nos opificem reprehensione & probro liberabimus, qui principio quidem permiserit hominem suæ voluntatis impulsione gubernari, postea vero necessariis vicissitudinibus subiecerit, ac veluti quibusdam inuitabilibus cupiditatibus illigavit, ad id

Aθάλασσαν; καίτοι πῶς ἐκ ἀνάγκης ἰσχυροῦς τὸν θεοπέσιον προφήτην Ἠσαΐαν, ἀνακεκραγότα σαφῶς καὶ μάλα ἐμφρόνως τίς ἐμέτρησε τῆ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν ἔρανον σπιθαμῆ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; τίς ἔσησε τὰ ὄρη σταθμῶν, καὶ τὰς νάπας ζυγῶν; τίς ἔγνωεν κυρεῖς; ὡς περ ἦ ἐσὶ τῶν ἀμηχάνων σπιθαμῆ μετῆσαι τὸν ἔρανον, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί, ὄρη τε καὶ νάπας ἐπιθεῖναι ζυγοῖς ἕτως ἀνέφιλον ἀνθρώπων παντὶ, μάλλον ὅτι ἀπάση κτίσει λογικῆ, τὸν ὑπερφυσῆ καὶ ὑπέρταλον διειδέναί τε καὶ ἀναμετῆσαι νῦν. Ἐἰ μὲν ἔν ἐσὶ τις ὁ φάναι τολμῶν τὰ ἀμείνω δύνασθαι σκοπεῖν τῆς ὅλης σοφίας, ἐπιμάστω θεός· πλὴν ἴσω λεληθηκώς. μανία ἦ τῆτο γε, καὶ ἀνδρὸς ἐξενηκός· καὶ παραπάνωτος λόγος. εἰ δὲ ἀπασι τῶν συμφήσειεν ἂν, τοσῶτον ἠτλήσθαι τῆς ὅλης σοφίας τὸν ἀνθρώπινον νῦν, ὅσον περ ἂν αὐτῆς καὶ τῆ φύσιν ὁρῶτο μειονεκτιζόμενος· πῶς ἐκ ἂν εἴη σοφὸν τὸ αὐτῆ **C** δὴ καὶ μόνῃ παραχωρεῖν εἰδέναί το ὅτι μάλα πρέπον αὐτῆ; ἔν ἂν τι δράσειεν, ὃ μὴ χεῖρ ἤ περ μόνως τε καὶ ἕτως ἔχειν ὡς γέγονε. καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον χρῆναι ἦ οἶμαι καμεινοῖδεῖν, καὶ μὴν καὶ φράσαι. πᾶσα μὲν ἦ ἐν τοῖς ἔρανοῖς λογικῆ καὶ νοερά κτίσις, αὐθαίρετον ἔχει τὴν ἐφ' ὅπερ ἂν ἐλοῖτο τῶν πραγμάτων ὁρμῆν, καὶ ἀνάγκης ἐλευθέραν τὴν ἐφ' ἐκαστῶ ῥοπῆν. ἦν ἦ ἕτω καὶ ἕχ' ἑτέρως, εὐφημίας μὲν καὶ γερωῶν ἀξιόσθαι τῆς ἀγαθῆς ἐν δίκῃ καθορίζεσθαι **D** δὲ τῶν φαύλων τὸ καλεψέχθαι δεῖν. ἵνα τοίνυν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ πρὸς πᾶν ὅτι ἐν τῶν ἀγαθῶν ἐβελοντὶ διασείχωμεν, ἀκαλαδίασθαι γνώμη διαβίβην ἐπὶ γῆς τὸν ἀνθρώπον ἐφῆκε θεός. καὶ ἕτω γέγονεν ἐν ἀρχαῖς. ἀνῆπται ἦ αὐτὸς τὰς τῶν εὐθελημάτων ἠνίας, καὶ αὐτοκελεύσεις ἐπ' ἄμφω φέρεται ῥοπᾶς, εἰς γε τὸ ἀγαθὸν φημι, καὶ τὸ μὴ ἕτως ἔχων. Οὐκ ἔν ἐἰ ἀρρήτω τινὶ καὶ θεοπρεπεσάτω δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ χρώμενος, μελεκόμισε τὸν ἐκαστῶ νῦν εἰς ἀγαθουργίας, καὶ **E** δυσεξίτηλον αὐτῶ καὶ ἕχ' ἐκούλι λοιπὸν ἐτίθει τὸ ἀγαθὸν, γνώμης μὲν ἔν ἐκέτι τὸ χεῖρμα καρπός, ἕτε μὴν ἐπαμνων ἀξιόν, ἀνάγκης δὲ μάλλον καὶ ἀβελήτης πλεονεξίας. εἶτα τίνα τρόπον μῶμυ καὶ γραφῆς ἀπαλλάξομεν τὸν δημιουργόν, ἐφέντα μὲν ἐν ἀρχαῖς ταῖς τῶν ἰδίων θελημάτων ὁρμᾶς ἠνιοχεῖσθαι τὸν ἀνθρώπον, ὑποζεύξαντα δὲ μετὰ τῆτο περιτροπῆς ἀναγκάσθαι, καὶ οἷον τισὶ πλεονεξίας ἀφύκτοις ἐκκαλα-

δεοντα προς γε το δεῖν αποπεραίνειν εὐ μάλα τὸ
 ἀρέσκον αὐτῷ; εἰ δὲ ἦν ἀμεινον εἶπερ ἔτως
 ἔφοι, τί μὴ γέγονεν ἐν ἀρχαῖς, ὑπεροδλήσας
 δὲ ὡσπερ ἀνεκόμιζε μόλις ἐπὶ τὸ σώζειν εἶδος,
 ἢ μεθίστησιν ἐν ἐλευθέρως, ἠναγκασμένως δὲ
 μᾶλλον ἐπὶ τὸ δεῖν ὁράσθαι πιστῶς; Ἄρ' ἐν ἐν-
 δαιασὸν ἔτι, μᾶλλον δὲ ἔχ' ἀπασιν ἐναργές, ὡς
 τῆς θείας τε καὶ ἀπορήτης βελῆς πάντῃτε καὶ
 πάντως καταγορεύσομεν, ὡς ἐν εὐ τιθείσης
 τὰ κατ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἔξω πα εἰσὶ οἰοῖναι πῶς
 ἐκκεκομισμένης, ἢ τὸ ἀνωμήτως ἔχον ἔχ' ὁ-
 ρώσης ἐν ἀρχαῖς; ἀπαγε τῆς δυσβελίας. ὀκ-
 νεῖν ᾧ εἰς λόγους τῶς ἐπὶ γε τῆτοις εὐσεβέες. ἔδει
 δὲ ἐν ἐκ ἠναγκασμένως, πειθοῖ δὲ μᾶλλον,
 μεταβιάσαι πρὸς τὸ εὐήμιον τῶς τῶν ἱερῶν
 σπυδατμᾶτων ὀλιωρήσαντας, ἢ μονοεχίσιλη-
 ρὸν καὶ ἀγέρωχον ἀντανισάντας Θεῶ τὸν τῆς ἐ-
 αὐτῶν διανοίας ἀυχένα. Ταύτη τοι προήλθεν
 ἀνθρωπος παραδόξως, καὶ ὑπὲρ νῦν ἀνθρώ-
 πινον, ὁ μονογενῆς τῶ Θεῶ Λόγος, ἢ συνερά-
 Φη τοῖς ἐπὶ γῆς, τῆτο μὲν σημείους τε ἢ τέρασι
 τοῖς ὑπὲρ ἀνθρώπων φύσιν τε ἢ δύναμιν, ἀνα-
 πείθων ἐννοεῖν ὅτι Θεὸς ἦν, ἐν εἶδει τῶ κατ' ἡ-
 μᾶς χρεωδέστατα γεγονῶς, ὡς ἔφην τῆτο ὅτ' αἰς
 ὑπὲρ νόμον εἰσηγήσει τῆς ἀληθῆς ἐυζωίας
 ὑποφαίνων τρόπος, καὶ τερθρείας Ἰσδαϊκῆς
 ἐπέκεινα τιθείς, ἢ τῆς ἀληθῆς θεογνωσίας ταῖς
 τῶν πιευόντων καρδίας ἐπαναστρέπτων τὴν
 γνῶσιν. ἔστι ᾧ αὐτὸς ἢ ἀλήθεια, τὸ τῶ Θεῶ καὶ
 πατρὸς γνήσιον γέννημα. Εἰ μὲν ἐν ἀνθρωπον
 ὄντα κοινὸν τεθεοποιῆσθαι φημέν, ἢ τῆ αγία τε
 ἢ ὁμοσιῶ Τριάδι ἕτερον Θεὸν ἐπεικρίνομεν,
 ἀνθρωπολατρεία τὸ χρῆμα, καὶ ἕτερον ἔδεν.
 εἰ δὲ φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱὸν, καὶ ἐκ τῆς ἐ-
 σίας τῶ Θεῶ ἢ Πατρὸς ἀναλάμψαντα Λόγον,
 τὸν τῶν ὄλων γενεσιεργὸν ἢ τεχνίτην, ὁρατῶν τε
 ἢ ἀορατῶν, ἀιδῆτῶν τε καὶ ἐπιστῆτῶν, τὴν πρὸς
 ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθεῖν ἀρήτως τε καὶ ὑπὲρ
 νῦν αἰ θεόπνευσοι χρησιμῶδσι γραφαῖ, με-
 μενηκέναι γε μὴν καὶ ἔτω Θεόν. (ἀτρεπὶ Θεῶ ᾧ
 καὶ φύσιν ἐστὶ,) τί τὸ ἀπίθανον, ἢ καλεψευμένον,
 ἢ ἢ ἀνέφικτον ὄλως ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν ὁράται δό-
 γμασιν; Ἄλλα ᾧ βραχύ φασὶ τὸ σῶμα τὸ ἀν-
 θρώπινον, ἢ ῥύπα μεσόν. ἀληθῆς τῆτο, καὶ ἐκ
 ἀρνήσομαι. πλὴν ἐκεῖνο αθρεῖ. γέγονε μὲν ᾧ,
 ὡς ἔφην, ἐν ὁμοίωματι ἀνθρώπων, ἢ τὸ γε-

quod sibi visum fuerit peragendum?
 Quod si prastabat ita se habere, quidni
 a principio factum fuit, sed serius mu-
 tato veluti consilio ad salutis statum
 vix quodammodo retulit, transfert-
 que non libere, sed necessario potius
 ad fidem profitendam? Num ergo iam
 dubium est, immo numquid patet omni-
 bus, nos diuinum & ineffabile consili-
 um utique sugillaturos, quasi res hu-
 manas minus recte statuerit, sed ultra
 decorum quodammodo extulerit, ne-
 que perfectas rerum rationes principio
 viderit? Apage cum ista infania. Pium
 enim est timide & cunctanter de his re-
 bus differere. Decebat ergo non vi,
 sed persuasione potius, ad obediendum
 eos adducere, qui pium viuendi genus
 contemnebant, quique duram & tan-
 tum non intractabilem mentis suæ cer-
 vicem Deo opponebant. Quocirca
 homo prodiit admirabili ratione, &
 supra captum humani ingenii, Dei Ver-
 bum illud vnigenitum, & conuersatum
 est cum hominibus; partim quidem
 signis & prodigiis naturam & virtutem
 hominis superantibus, persuadens se
 Deum esse, factum in forma hominis
 vtilissime, vti dixi; partim vero adhor-
 tationibus lege maioribus veræ probita-
 tis rationes exponens, & ab Iudaica il-
 los obseruatione longe remouens, ac
 religionis veræ notitia corda credenti-
 um irradians. Est enim ipse veritas,
 germanum illud Dei & patris genimen.
 Si ergo hominem, communis quum esset,
 deificatum esse dicimus, & sanctæ ac
 consubstantiali Trinitati alium Deum
 insuper inducimus, hominis adoratio
 istud erit, ac nihil aliud. Sin autem
 naturalem & verum Filium, & Ver-
 bum ex substantia Dei & Patris efful-
 gens, vniuersorum auctorem & condito-
 rem, tum quæ visu cernuntur aut non
 cernuntur, tum quæ sensu aut mente
 percipiuntur; nostram similitudinem
 subiisse ineffabili ratione & supra mentis
 humanæ captum diuinæ Scripturæ prædi-
 cant, adeoque ita Deum mansisse: (est
 enim secundum naturam immutabilis)
 quid incredibile, aut vituperandum,
 aut etiam incomprehensibile prorsus
 videtur in nostris dogmatis? Sed enim
 angustum est, inquit, corpus huma-
 num, & sordibus plenum. Verum
 istud; neque inficias ibo. Veruntamen
 illud considera. Factus est enim, vti dixi, in similitudine hominum, iuxta Scriptu-

ras, & revera in specie nostra. Non tam dicimus contractum fuisse illum, qui capi nequit, neque certe corporis mensura comprehensum. Valde enim stultum & absurdum plane est, eiusmodi quidpiam de naturali ac vero Deo dicere. Nam quum sit vnus ac solus Filius, & omnem plane imaginationem corpoream excedat; totus est per communicationem in omnibus, & vbiq; & in singulis per affectum, non in partes sectus, non diuisus, sed extra omnia natura, & in omnibus Deus. In illo autem purissimo & sancto corpore inhabitavit quidem plenitudo deitatis corporaliter, sicut scriptum est, & erat tanquam in propria carne: quin & sic implebat omnia. Et quemadmodum solis radius, si in cœnum aut alias sordes incidit, nihil tamen inde labis capiet: sic etiam incontaminata illa & incorrupta natura, licet cum terrenis forte corporibus versetur, iuuat illa potius quam quicquam propterea labis in se exprimat. His etiam illud addendum puto. Nostra corpora & affectibus vincuntur, & in voluptatis studium facile cadunt, & in seipsis laborant lege peccati. Sed in diuino & sancto Christi corpore nullas eiusmodi perturbationes fuisse dicimus, sed euauerunt omnes affectus etiam vehementissimi, & sanctificatione, tanquam propria res esset Verbi ipsi vniti & inhabitantis, locupletatum est. Sanctum enim templum erat eius, qui omnem aliam quoque creaturam sanctificat. Miror porro apud Græcorum filios Porphyrii & Iuliani placita tantopere suspici, Christiana vero derideri, quamuis rerum omnium veritatem in seipsis vtique pariant. Nos enim, vt antea diximus, vnigenitum Dei Verbum incarnatum esse credimus, vt genus hominum saluaret: Porphyrius autem quoddam genus esse Deorum contendit, quos etiam in homines mutari certis temporibus ait, ceu nostram vitam in deliciis habentes. Iulianus porro de Æsculapio, nescio quid cogitans, ita scribit: *Pene me fugit Solis ac Iouis donorum maximum, illud vero non abs te ad finem seruaui. Non enim nostrum duntaxat proprium est, sed Græcis, vt arbitrator, commune, nostris gentilibus. Iupiter enim inter ea que mente cernuntur ex se genuit Æsculapium: in terra vero per facundam*

A γραμμένον, καὶ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς ἀληθῶς. πλὴν ἔσυνεσάλαθα φαιμέν τὸν ἀχώρητον, ἕτε μὴ τῷ τῷ σώματος ἐμπερικειλήθηται μέτρῳ. κομιδῇ ᾧ εὐηθεῖ καὶ ἀσύνηλον ὀλοτρόπως τοῖς τόντι φάνασι περὶ Θεῶ τῶ καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς. εἰς μὲν ᾧ ἂν καὶ μόνῳ Υἱός, καὶ σωματικῆς φαντασίας ἐπέκεινα παντελῶς, ὅλος ἐστὶ καὶ μέθεξιν ἐν παντί τε καὶ πανταχῇ, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἕνα σχετικῶς, μὴ μεριζόμενῳ, μὴ τεμνόμενῳ, ἀλλ' ἐξὼ πάντων τῆ φύσει, καὶ ἐν πᾶσιν ὁ Θεός. ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ πανάγνῳ καὶ ἀγίῳ σώματι κατώκηκε μὲν τὸ πλῆρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, καθὰ γέγραπται, καὶ ἦν ὡς ἐν ἰδίᾳ σαρκί, πλὴν ἐπλήρη καὶ ἕτω τὰ πάντα. ὥσπερ δὲ τῆς ἡλιακῆς ἀκτίνῃ, ἢ τέλμασιν ἐμβαλῆσης ἤγχαν ἐτέραις ἀκαθαρσίαις, περὶ αὐτὴν ἔσαι τὸ βλάβος ἕδεν ἕτω καὶ ἡ ἀχραιῖ καὶ ἡ ἀκήραῖ φύσις, καὶ εἰ ὠμίλησε τυχὸν τοῖς ἀπογῆς σώμασιν, ὀνήσει μᾶλλον αὐτὰ καὶ τῶν ἀδικεῖν **C** πεφυκότων ἕδεν εἰς εἰαυτὴν ἀναμάζεται. Προσεπειπεῖν δὲ οἶμα καὶ κείνο πρέπει. τὰ μὲν ᾧ ἡμέτερα σώματα καὶ παθῶν ἠτῆται καὶ πίπται ῥαδίως εἰς τὸ φιλήδονον, καὶ τὸν γε τῆς ἀμαρτίας ἐν σφίσι αὐτοῖς ἠρώσημασι νόμον. ἀλλ' ἔκ ἐν τε τῷ θείῳ καὶ ἀγίῳ τῷ Χριστῷ σώματι τοῖς τόντι κενιῆσθαι φαιμέν, ἀλλ' ἦν ἅπαντα φρεῖδα καὶ ἐλοπάτατα τῶν παθῶν, καὶ ὡς ἰδίου γεγονός τῷ ἐνωθέντῳ αὐτῷ καὶ ἐνοικεῖνος λόγῳ, κατεπλάτει τὸν ἀγιασμόν. καὶ ᾧ ἦν ἀγίῳ **D** τῷ καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀγιάζοντῳ κτίσιν. Καταλέθηπα δὲ, ὅτι τῶν μὲν Πορφυρίῃ τε καὶ Ἰουλιανῷ δογμάτων τε καὶ λόγων πολὺ τὸ θαῦμά ἐστι παρὰ τοῖς Ἑλλήνων παισὶ, γελῶσι δὲ τὰ Χριστιανῶν, καὶ τοῖς τῷ ἐφ' ἅπασιν ἀληθῆς ἐν γε δὴ σφίσι αὐτοῖς ὠδίνοντα. ἡμεῖς μὲν ᾧ, καθὰ φθασαντες εἶπαμεν, τὸν μονογενῆ τῷ Θεῷ λόγον ἐνανθρωπήσαι πιστεύομεν, ὑπὲρ γε τῷ σώσαι τὴν ὑπ' ἕρανόν Πορφυρίῃ δὲ γένῳ εἶναί τι Θεῶν διαλείπειν, ἕς δὴ καὶ τρέπεσθαι καὶ καρῆς εἰς ἀνθρώπους φησὶν, οἶνει τὸν καθ' ἡμᾶς ἀθύροντας βίον. Ἰουλιανός γε μὴν περὶ Ἀσκληπιῷ φησὶν ἔκ οἶδ' ὅτι διενθυμέμενῳ ἔλαθέ με μικρῷ τὸ μέγιστον τῶν Ἡλίου καὶ Διὸς δώρων. εἰκότως δὲ αὐτὸ ἐφύλαξα ἐν τῷ τέλει. καὶ γὰρ ἔκ ἰδίου ἐστὶν ἡμῶν μόνον, ἀλλ' οἶμα κοινὸν πρὸς Ἑλληνας, τῶς ἡμετέρους συγγενεῖς. ὁ γὰρ τοῖ Ζεὺς ἐν μὲν τοῖς νοητοῖς ἐξ αὐτῷ τὸν Ἀσκληπιὸν ἐγέννησεν. εἰς δὲ τὴν διὰ τῆς ἡλίου γο-
ο ο ι j

νίμω ζωῆς ἐξέφηεν. ἔτος ἐπὶ γῆς ἐξ ἔρανθ' Α
 ποιησάμενος τὴν προόδον, ἐνοειδῶς μὲν ἐν ἀν-
 θρώπων μορφῇ περὶ τὴν Ἐπίδαυρον ἐνεφάνη.
 πληθυνόμενος δὲ ἐνθεν ταῖς περιόδοις ἐπὶ πᾶ-
 σαν ὤρεξε τὴν γῆν τὴν σωτήριον ἑαυτοῦ δεξιάν.
 Καί τοι τίς ἠγνόηκεν, ὅτι τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην
 εὖ μάλα καλωρθωκῶς, καὶ ταῦτό δὴ τῆτο καὶ μό-
 νον, παρὰ γε τοῖς εἰδόσιν αὐτὸν ἐθαυμάζετο, πέ-
 πραχε ἢ τῶν ἀξιαγῶν ἔδεν; τί γὰρ τῶν Ἀ-
 σκληπιῶν γέγονεν ἀξιακῶν; μᾶλλον δὲ τίς ἔ-
 τω διόλωλεν οἰκτρῶς; καλεπρήστη γὰρ κεραυ-
 νῶ, καὶ μὴν καὶ εἰς δεῦρο κεῖται νεκρὸς, ἔδὲ ὅποι-
 ποτε γῆς ἐστὶν εἰδῶτων τῶν προσκυνόντων αὐ-
 τῷ. Ὅτι δὲ ψευδοεπεῖ, προελθεῖν μὲν ἐξ ἔρανθ'
 λέγων, ὀρέξαι δὲ καὶ πᾶσιν τῇ γῆ τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα
 σωτήριον, κἂν εἰ μή τις λέγοι τὴν καθ' ἡμᾶς, αὐτὰ
 βοήσει τὰ πράγματα. πῶς γὰρ ἐστὶ τὰ ἐκεῖνα,
 καὶ ποίας ἠξιώται μνήμης; γενεαλογεῖται μὲν
 γὰρ παρὰ τοῖς ἰατρῶν παισὶν, ἅτε δὴ διαπρέψας
 ἐν ταύτῃ τῇ τέχνῃ. Κορωνίδος γε μὴν ἐκπε-
 Φυκέναι Φασὶν αὐτὸν, ἀθλίας περὶ καὶ ἀσήμερ-
 νακός. Ἄρ' ἐν ἐξέσει μὲν Ἰσραηλῶν μυθοπλα-
 σεῖν ἂ βέλεια, καὶ τῆτο ἀνεπιπλήλως, καὶ ὕ-
 λης ἡμῶν ἀναγράφειν πολὺ νοσηντας τὸ ἀ-
 καλλές, καὶ ἀπιθάνως ἐσνευσασμένους, καὶ γυμνὰς
 ἀποδείξεων τῶν ἐξ ἀληθείας καὶ πραγμάτων ὡμο-
 λογημένων, ἀθυροστομίας δὲ ποιῆσαι πρόφασιν
 τὸ ἔτος ἐξαιρετὸν καὶ σεπτὸν ἀληθῶς μυστήριον,
 ὃ προεῖρηται μὲν διὰ τε τῶ νόμου καὶ Προφητῶν
 ἀγίων, ἠχθη γε μὴν εἰς πέρας, ἐνανθρωπή-
 σαντος τῶ μονογενεῖς; εἰ μὲν ἐν τοῖς προηγου-
 μένοις ἔ προσμεμαρτύρηκεν αὐτὸ τῶν πραγ-
 μάτων τὸ πέρας, εὐάφορμον αὐτοῖς τῆς ἀπιστίας
 τὸ χρεῖμα· εἰ δὲ ἐξ αὐτῶν ἐνεσην τῶν εἰκότων ἰδεῖν,
 ὡς βέβηκεν εἰς πέρας ἅπαντα τὰ πάλαι προη-
 γελμένα, καὶ ἀπώλιε μὲν τῆς πρὸς Θεὸν οἰ-
 κειότητος, ὡς κυριοκλόνος ὁ Ἰσραὴλ, προσελή-
 φθη δὲ διὰ πίσεως τῶν ἐθνῶν ἢ πληθῶς, τί τὸ
 ἀπιστεῖν ἀναπειθῶν αὐτῶν, ἔκ' ἔχω νοεῖν. μᾶλλον
 δὲ, ὡς ὁ θεὸς πέσει γράφει Παῦλος, ὁ Θεὸς τῶ
 αἰῶνος τῆτος, τῆτ' ἔσω, ὁ νομιθεῖς εἶναι Θεὸς
 ἐν τῷ αἰῶνι τῆτω, ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν
 ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸν Φωτισμὸν τῶ
 εὐαγγελίου τῆς δόξης τῶ Χριστοῦ, ὃς ἔλαμψεν ἐν
 ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πρὸς Φωτισμὸν τῆς γνώ-
 σεως αὐτοῦ. δι' ἃ καὶ μεθ' ἃ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἢ
 δόξα σὺν ἀγίῳ Πνεύματι εἰς τὰς αἰῶνας,
 Ἀμήν.

*Solis vitam editus est. Hic e calo inter-
 ram progressus, una quidem in hominis
 forma circa Epidaurum apparuit. Inde
 longius profectus, in omnem terrarum
 orbem salutarem suam dexteram extendit.*

Quamquam quis nescit, illum ob singu-
 larem medicae artis peritiam, eoque
 solo nomine, in admiratione fuisse apud
 eos, quibus notus erat, ceterum nihil
 admirabile patrasse? Quid enim fertur
 memoratu dignum de Aesculapio? im-
 mo vero quis tam miserabili modo peri-
 rit? Fulmine enim conflagrauit, hodie-
 que mortuus iacet, quum vbinam ter-
 rarum sit, ne eius quidem cultores sci-
 ant. Mentiri porro Iulianum, quum
 ait illum e calo quidem produsse, &
 salutarem suam manum vniuerso ter-
 rarum orbi porrexisse, etsi nullus e
 nostris dicat, ipsa res clamabunt.
 Vbi enim facta sunt illius, & quali mo-
 numento honestatus est? Quippe ge-
 nealogia eius apud medicorum filios ce-
 lebratur, maxime quod in illa arte
 claruerit: veruntamen prognatum i-
 ipsum aiunt ex Coronide, misera nempe
 & ignobili muliere. An ergo Iuliano
 licebit impune fingere quae velit, & in-
 famas nugas scribere, fabulasque in-
 credibiles, veris argumentis ac rebus
 certis destitutas, occasionem vero petu-
 lantiae ex illo tam eximio tamque au-
 gusto mysterio capere, quod praedictum
 quidem est per legem & sanctos Pro-
 phetas, veruntamen ad exitum perdu-
 ctum, postquam homo factus est Vni-
 genitus? Si ergo ipse rerum exitus ea
 quae prius dicta sunt non comprobauit,
 incredulitas illis percommode ceciderit:
 sin autem ex ipsis rebus coniecere li-
 cet, ad exitum peruenisse omnia quae
 olim praedicta sunt, & ab amicitia Dei
 Israelem, quippe qui Dominum neca-
 verit, excidisse, multitudinem vero
 gentium per fidem assumtam: quid
 ad incredulitatem eos induxerit, in-
 telligere non possum. Immo vero, vt
 diuinus scribit Paulus, *Deus seculi bu-* 2. Cor. 4
ius, hoc est, ille qui putatur esse
Deus in hoc seculo, excacauit mentes
infidelium, vt non fulgeat eis illumina-
tio Euangelii gloriae Christi, qua illuxit
in cordibus nostris ad illuminationem
scientiae eius: per quem, & cum quo, Deo
& Patri gloria cum sancto Spiritu in se-
cula, Amen.